Agitarem inter uos libere conuiuium;
Nam illi haud licebat nisi praefinito loqui
Quae illi placerent.

PA. Haud opinor commode
Finem statuisse orationi militem.

PH. Sed quid hoc negoti, modo quae narrauit mihi
Hic intus Bacchis? Quod ego numquam credidi
Fore, ut ille hac uiua posset animum inducere
Uxorem habere.

PA. Habere autem?

PH. Eho tu, an non habet?

PA. Habet, sed firmae hae uereor ut sint nuptiae.

PH. Ita di deaeque faxint, si in rem est Bacchidis!
Sed qui istuc credam ita esse dic mihi, Parmeno.

no me buscara, nada dirás, para que en otra ocasión pueda valerme de este pretexto desaprovechado. Pero, ¿estoy viendo yo a Filotis? ¿De dónde viene ésta? (*a Filotis*): ¡Filotis, muy buenos días!

FILOTIS: ¡Buenos días, Parmenón!

SIRA: ¡Por Cástor, buenos días, Parmenón!

PARMENÓN: Y tú, ¡por Pólux! [16] Sira. Dime, Filotis, ¿dónde te has recreado tanto tiempo?

FILOTIS: En realidad nada me he recreado, porque de aquí me fui a Corinto con un soldado crudelísimo; allí, desdichada, lo soporté dos años continuos.

PARMENÓN: Por Pólux, Filotis, creo que la añoranza de Atenas se apoderó de ti muchas veces y que tú desdeñaste tu opinión.

FILOTIS: No puede expresarse cuán deseosa estaba de volver a este lugar, alejarme del soldado y de ver a ustedes aquí, para celebrar libremente entre ustedes un banquete, conforme a la vieja costumbre, porque allá [17] no era lícito hablar sino de lo predeterminado: lo que a él le agradara.

PARMENÓN: No pienso que cómodamente el soldado haya fijado un límite a tu plática. [18]

FILOTIS: Pero, ¿qué clase de asunto es éste que hace poco me contó Baquis aquí adentro? Algo que yo nunca creí que sucediera; que aquél [19] podría inducir su ánimo a tener mujer, estando viva ésta. [20]

PARMENÓN: Pero, ¿"tener . . ."?

FILOTIS: ¡Oye, tú!, ¿acaso no la tiene?

PARMENÓN: La tiene, pero temo que estas bodas no sean duraderas.

FILOTIS: ¡Que así lo hagan los dioses y las diosas, si es en beneficio de Baquis! Pero dime Parmenón, cómo podría creer que eso es así.

PA. Non est opus prolato; hoc percontarier
Desiste.
PH. Nempe ea causa ut ne id fiat palam?
Ita me di amabunt, haud propterea te rogo
Vt hoc proferam, sed ut tacita mecum gaudeam.
PA. Numquam tam dices commode ut tergum meum
Tuam in fidem committam.
PH. Ah noli, Parmeno!
Quasi tu non multo malis narrare hoc mihi
Quam ego quae percontor scire.
PA. Vera haec praedicat,
Et illud mihi uitiumst maximum. Si mihi fidem
Das te tacituram, dicam.
PH. Ad ingenium redis.
Fidem do: loquere.
PA. Ausculta.
PH. Istic sum.
PA. Hanc Bacchidem
Amabat ut cum maxime tum Pamphilus,
Cum pater uxorem ut ducat orare occipit
Et haec communia omnium quae sunt patrum,
Sese senem esse dicere, illum autem unicum;
Praesidia uelle se senectuti suae.
Ille primo se negare, sed postquam acrius
Pater instat, fecit animi ut incertus foret
Pudorin anne amori obsequeretur magis.
Tundendo atque odio denique effecit senex:
Despondit ei gnatam huius uicini proximi.
Vsque illud uisum est Pamphilo ne utiquam graue
Donec iam in ipsis nuptiis, postquam uidet
Paratas nec moram ullam quin ducat dari.

PARMENÓN: No hace falta que se divulgue; desiste de que te informe esto.

FILOTIS: ¿De modo que el motivo es que eso no se haga público? Así me amarán los dioses; no te lo pido para divulgarlo, sino para gozarlo conmigo, callada.

PARMENÓN: Nunca hablarás tan perfectamente que confíe mi espalda a tu promesa.

FILOTIS: ¡Ay, Parmenón, no quieras . . .![21] Como si tú no prefirieras más[22] contarme esto que yo saber lo que averiguo.

PARMENÓN (*consigo*): Ésta prevé lo cierto, y eso, para mí, es mi mayor defecto (*a Filotis*): Si me haces la promesa de que tú guardarás silencio, hablaré.

FILOTIS: Vuelves a tu índole. Te doy la promesa: habla.

PARMENÓN: Escucha.

FILOTIS: Aquí estoy.

PARMENÓN: Pánfilo amaba tanto a esta Baquis, precisamente cuando su padre comenzó a pedirle que se casara y a decirle eso que es común de todos los padres: que él es un viejo, o que él —Pánfilo— es hijo único; que quiere que sea protección[23] para su vejez. En principio aquél se niega,[24] pero después que el padre le insta muy acerbamente, lo hizo que fuese de ánimo incierto para someterse al pudor más que al amor. Finalmente el viejo lo consiguió, machacando y con importunidad: le prometió en matrimonio la hija de este cercano vecino. Aquello de ningún modo pareció grave a Pánfilo hasta ya en el propio día de las bodas,[25] luego que las ve preparadas y que no se le concede demora alguna para que se case. En aquel momento, por fin, a tal punto lo sufrió penosamente,

Ibi demum ita aegre tulit ut ipsam Bacchidem,
Si adesset, credo ibi eius commiseresceret.
Vbicumque datum erat spatium solitudinis,
Vt conloqui mecum una posset: «Parmeno,
Perii, quid ego egi? In quod me conieci malum!
Non potero ferre hoc, Parmeno; perii miser!»

PH. At te di deaeque perduint cum isto odio, Laches!

PA. Vt ad pauca redeam, uxorem deducit domum.
Nocte illa prima uirginem non attigit;
Quae consecutast nox eam, nihilo magis.

PH. Quid ais? Cum uirgine una adulescens cubuerit
Plus potus, sese illa abstinere ut potuerit!
Non uerisimile dicis nec uerum arbitror.

PA. Credo ita uideri tibi; nam nemo ad te uenit
Nisi cupiens tui; ille inuitus illam duxerat.

PH. Quid deinde fit?

PA. Diebus sane pauculis
Post Pamphilus me solum seducit foras
Narratque ut uirgo ab se integra etiam tum siet
Seque ante quam eam uxorem duxisset domum
Sperasse eas tolerare posse nuptias.
«Sed quam decrerim me non posse diutius
Habere, eam ludibrio haberi, Parmeno,
Quin integram itidem reddam ut accepi a suis,
Neque honestum mihi neque utile ipsi uirgini est.»

PH. Pium ac pudicum ingenium narras Pamphili.

PA. «Hoc ego proferre incommodum mihi esse arbitror;
Reddi patri autem, cui tu nihil dicas uiti,
Superbum est; sed illam spero, ubi hoc cognouerit
Non posse se mecum esse, abituram denique.»

PH. Quid? Interea ibatne ad Bacchidem?

que la propia Baquis, si hubiese estado, creo que se hubiera compadecido de él en aquel momento. En cualquier momento que había un lapso de soledad, que pudiera hablar juntamente conmigo, decía: "¡Parmenón, estoy perdido![26] ¿Qué he hecho yo? ¡A qué desgracia me he expuesto! No podré soportar esto, Parmenón, ¡estoy perdido, desdichado!"

FILOTIS: ¡Pero a ti, Laques, que los dioses y las diosas te pierdan junto con tu importunidad aquella!

PARMENÓN: Para ceñirme a lo preciso:[27] llevó a la mujer a su casa. En aquella primera noche no tocó a la doncella; la noche que siguió a ésta, nada más.

FILOTIS: ¿Qué dices? ¡Que un joven más bebido se haya acostado junto con una doncella y que haya podido abstenerse de ella! No hablas con verosimilitud, ni lo considero cierto.

PARMENÓN: Creo que así te lo parece, pues nadie viene a ti sino deseándote, pero aquél se la había llevado involuntariamente.[28]

FILOTIS: ¿Después qué sucede?

PARMENÓN: Muy poquitos días después, Pánfilo me sacó a mí solo afuera y me cuenta cómo, por él, la muchacha todavía está intacta, y que él, antes de que la hubiera llevado a casa como esposa, esperaba que podía soportar esas bodas.[29] "Pero que haya decidido que yo no puedo tenerla mucho tiempo; que sea tenida para escarnio, Parmenón; que yo no la regrese igualmente intacta, como la recibí de los suyos, ni es honroso para mí, ni útil para la propia muchacha."

FILOTIS: Describes una condición respetuosa y púdica de Pánfilo.

PARMENÓN: "Considero que revelar yo esto es incómodo para mí; ser devuelta al padre, a quien nada digas tú de la irregularidad, es cosa soberbia; pero espero que ella, luego que haya advertido esto, no podrá estar conmigo; finalmente se marchará."

FILOTIS: ¿Qué? ¿Iba entretanto a la casa de Baquis?

PA. Cottidie;
Sed, ut fit, postquam hunc alienum ab sese uidet,
Maligna multo et magis procax facta ilico est.
PH. Non edepol mirum.
PA. Atqui ea res multo maxime
Diiunxit illum ab illa, postquam et ipse se
Et illam et hanc quae domi erat cognouit satis,
Ad exemplum ambarum mores earum existimans.
Haec, ita uti liberali esse ingenio decet,
Pudens, modesta, incommoda atque iniurias
Viri omnis ferre et tegere contumelias.
Hic animus partim uxoris misericordia
Deuinctus, partim uictus huius iniuriis,
Paulatim elapsust Bacchidi atque huc transtulit
Amorem, postquam par ingenium nactus est.
Interea in Imbro moritur cognatus senex
Horunc; ea ad hos redibat lege hereditas.
Eo amantem inuitum Pamphilum extrudit pater;
Relinquit cum matre hic uxorem; nam senex
Rus abdidit se, huc raro in urbem commeat.
PH. Quid adhuc habent infirmitatis nuptiae?
PA. Nunc audies. Primos dies complusculos
Bene conueniebat sane inter eas; interim
Miris modis odisse coepit Sostratam;
Neque lites ullae inter eas, postulatio
Numquam.
PH. Quid igitur?
PA. Si quando ad eam accesserat
Confabulatum, fugere e conspectu ilico,
Videre nolle; denique ubi non quit pati,
Simulat se ad matrem accersi ad rem diuinam. Abit;
Vbi illic dies est compluris, accersi iubet:
Dixere causam tum nescio quam. Iterum iubet:

PARMENÓN: Diariamente, pero —como sucede— en cuanto ve a éste alejado de ella, al momento se hizo maligna y mucho más procaz.

FILOTIS: ¡Por Pólux, no es cosa sorprendente!

PÁNFILO: Pero esa situación lo desligó muchísimo más de ella, una vez que él no sólo se conoció suficientemente, sino también a Baquis y a Filomena [30] —la que estaba en su casa—, considerando las cualidades de las dos a manera de modelo. Filomena, tal como conviene ser a un temperamento generoso, discreta e indulgente soportaba todos los perjuicios y ofensas del esposo, y disimulaba los ultrajes. Entonces, congraciado el ánimo de Pánfilo en parte por compasión de la esposa, en parte vencido por las ofensas de Baquis, [31] paulatinamente se apartó de ésta y trasladó su amor a Filomena, [32] en cuanto le halló un temperamento semejante. Entretanto, en Imbros muere un pariente viejo de éstos; [33] su herencia pertenecía a éstos por ley. A ese lugar hizo salir su padre a Pánfilo, amante al que repugnaba el hecho; [34] con su madre [35] dejó aquí a la esposa, pues el viejo [36] se retiró al campo; rara vez viene aquí a la ciudad.

FILOTIS: ¿Qué tanta inconstancia tienen todavía las bodas?

PARMENÓN: Ahora lo vas a oír. Los primeros días [37] había muy buen acuerdo entre ellas. En ese tiempo Filomena comenzó a odiar a Sostrata de extraña manera; y no había pleitos algunos entre ellas; jamás una queja.

FILOTIS: ¿Entonces, qué?

PARMENÓN: Si alguna vez se acercaba a ella para conversar, al momento huía de su presencia; no quería verla. Finalmente, cuando ya no pudo soportarla, finge que va a un sacrificio [38] a la casa de su madre. Se marcha; luego que está allá varios días, se ordena que sea traída: no sé qué pretexto alegaron entonces. Se ordena de

Nemo remisit. Postquam accersunt saepius,
Aegram esse simulant mulierem; nostra ilico
It uisere ad eam: admisit nemo; hoc ubi senex
Resciuit, heri ea causa rure huc aduenit,
Patrem continuo conuenit Philumenae.
Quid egerint inter se, nondum etiam scio,
Nisi sane curae est quorsum euenturum hoc siet.
Habes omnem rem; pergam quo coepi hoc iter.
PH. Et quidem ego; nam constitui cum quodam hospite
Me esse illum conuenturam.
PA. Di uertant bene
Quod agas.
PH. Vale.
PA. Et tu bene uale, Philotium.

LACHES SOSTRATA

LA. Pro deum atque hominum fidem, quod hoc genus est!
[Quae haec est coniuratio!
Vtin omnes mulieres eadem aeque studeant nolintque
[omnia,
Neque declinatam quicquam ab aliarum ingenio ullam
[reperias!
Itaque adeo uno animo omnes socrus oderunt nurus.
Viris esse aduersas aeque studium est, similis pertinacia est,
In eodemque omnes mihi uidentur ludo doctae ad
[malitiam. Et
Ei ludo, si ullus est, magistram hanc esse satis certo scio.
SO. Me miseram, quae nunc quam ob rem accuser
[nescio!

nuevo. Nadie la devolvió. Después que la llaman muchas más veces, fingen que la mujer está enferma; nuestra ama [39] al momento va a su casa a visitarla. Nadie la recibió. En cuanto descubrió esto el viejo, [40] del campo regresó aquí por ese motivo; inmediatamente fue a ver al padre de Filomena. Lo que hayan tratado entre sí todavía no lo sé, excepto que hay gran preocupación sobre a qué resultado ha de llegar esto. Conoces todo el asunto. [41] Proseguiré el camino éste por donde empecé. [42]

FILOTIS: Y yo igualmente; pues decidí con un forastero que yo lo iría a ver.

PARMENÓN: Que los dioses guíen bien lo que hagas.

FILOTIS: Que estés bien.

PARMENÓN: Y tú, Filotis, que estés muy bien.

II, 1

LAQUES SOSTRATA

LAQUES: ¡Por fe de dioses y de hombres, qué gente es ésta! ¡Qué conjuración es ésta! ¡Que todas las mujeres tengan por igual el mismo propósito [43] y por igual no quieran a todo, y que no encuentres a una apartada en algo de la índole de las otras! De tal suerte, todas las suegras odian a sus nueras con el mismo ánimo. Por igual hay la inclinación a ser contrarias a sus maridos; su pertinacia es semejante, y me parece que todas se han instruido para la malicia en la misma escuela. Y para esta escuela, si alguna hay, sé bien de cierto que ésta [44] es maestra.

SOSTRATA: ¡Desdichada de mí, que no sé por qué soy acusada ahora!

LA. Hem, tu nescis?
SO. Non, ita me di ament, mi Laches,
Itaque una inter nos agere aetatem liceat . . . !
LA. Di mala prohibeant!
SO. Meque abs te inmerito esse accusatam postmodo
[rescisces, scio.
LA. Te inmerito? An quicquam pro istis factis dignum te
[dici potest,
Quae me et te et familiam dedecoras, filio luctum paras,
Tum autem ex amicis inimici ut sint nobis adfines facis,
Qui illum decrerunt dignum suos cui liberos
[committerent?
Tu sola exorere quae perturbes haec tua inpudentia!
SO. Egon?
LA. Tu, inquam, mulier, quae me omnino lapidem, non
[hominem putas.
An, quia ruri esse crebro soleo, nescire arbitramini
Quo quisque pacto hic uitam uostrarum exigat?
Multo melius hic quae fiunt quam illi ubi sum adsidue
[scio,
Ideo quia, ut uos mihi domi eritis, proinde ego ero fama
[foris.
Iampridem equidem audiui cepisse odium tui Philumenam,
Minimeque adeo est mirum, et ni id fecisset, magis mirum
[foret.
Sed non credidi adeo ut etiam totam hanc odisset domum;
Quod si scissem, illa hic maneret potius, tu hinc isses
[foras.
At uide quam inmerito aegritudo haec oritur mihi abs te,
[Sostrata:
Rus habitatum abii, concedens uobis et rei seruiens,

LAQUES: ¡Qué!, ¿no sabes tú?

SOSTRATA: ¡Así me amen los dioses, mi Laques, no; y así, a una entre nosotros, nos sea permitido pasar los años . . . ![45]

LAQUES: ¡Que los dioses impidan esos males!

SOSTRATA: Por el contrario, en breve descubrirás que yo he sido acusada inmerecidamente por ti, lo sé.

LAQUES: ¿A ti inmerecidamente? ¿Puede acaso decirse algo digno de ti por esos hechos; tú,[46] que deshonras tanto a mí, como a ti y a la familia; que procuras aflicción a tu hijo, que de amigos haces que ahora nos sean enemigos los parientes, quienes consideraron que él es digno de que le confiaran a su hija? ¡Tú sola te alzas para perturbar esto con tu desvergüenza!

SOSTRATA: ¿Yo?

LAQUES: Tú, mujer, digo, porque generalmente me consideras una piedra, no un hombre. ¿Acaso porque suelo estar frecuentemente en el campo, consideran que no sé cómo pasa aquí la vida cada una de ustedes? Conozco mucho mejor lo que aquí sucede, que allí donde estoy habitualmente. Por lo mismo, así como me son ustedes en casa, consecuentemente afuera seré yo de esa fama. Hace tiempo, en verdad, oí que Filomena cogió odio a ti, y no es admirable en lo más mínimo, y si eso no hubiera sucedido, más admirable sería. Pero no creí que a tal punto incluso odiara a toda esta casa; porque si lo hubiera sabido, mejor ella se quedara aquí y tú te hubieras ido de aquí para afuera. Pero ve cuán inmerecidamente me nace de ti este pesar, Sostrata: me fui a vivir al campo cediéndoles y sirviendo a la propiedad, para que nuestra propiedad

Sumptus uestros otiumque ut nostra res posset pati,
Meo labori haud parcens praeter aequom atque aetatem [meam.
Non te pro his curasse rebus ne quid aegre esset mihi!
SO. Non mea opera neque pol culpa euenit.
LA. Immo maxime!
Sola hic fuisti; in te omnis haeret culpa sola, Sostrata.
Quae hic erant curares, cum ego uos curis solui ceteris.
Cum puella anum suscepisse inimicitias non pudet?
Illius dices culpa factum?
SO. Haud equidem dico, mi Laches.
LA. Gaudeo, ita me di ament, gnati causa; nam de te quidem
Satis scio peccando detrimenti nihil fieri potest.
SO. Qui scis an ea causa, mi uir, me odisse adsimulauerit
Vt cum matre plus una esset?
LA. Quid ais? Non signi hoc sat est
Quod heri nemo uoluit uisentem ad eam te intro [admittere?
SO. Enim lassam oppido tum esse aibant; eo ad eam non [admissa sum.
LA. Tuos esse ego illi mores morbum magis quam ullam aliam [rem arbitror,
Et merito adeo; nam uostrarum nulla est quin gnatum [uelit
Ducere uxorem; et quae uobis placita est condicio datur,
Vbi duxere inpulsu uestro, uestro inpulsu easdem exigunt

PHIDIPPVS LACHES SOSTRATA

PH. Etsi scio ego, Philumena, meum ius esse ut te cogam

pudiese soportar los gastos y la tranquilidad de ustedes, no escatimando a mi trabajo sino [47] lo justo y mi edad. ¡No haber procurado tú que por estas cosas nada existiera para mí con dificultad!

SOSTRATA: ¡Por Pólux!, ha ocurrido no por mi labor ni por mi culpa.

LAQUES: ¡Sin duda en gran manera! Sola estuviste aquí; en ti sola, Sostrata, está pegada toda la culpa. Deberías cuidar lo que aquí estaba, aun cuando yo los he liberado de las demás preocupaciones. ¿No avergüenza a una vieja haber suscitado enemistades con una muchacha? ¿Dirás que todo ha ocurrido por culpa de ella?

SOSTRATA: En verdad no lo digo, Laques mío.

LAQUES: Así me amen los dioses, me alegro, por razón de mi hijo; pues de tu parte ciertamente sé con suficiencia que, equivocándote, ya ningún daño puede producirse.

SOSTRATA: ¿Cómo sabes, esposo mío, si ha fingido odiarme, para estar más junto con su madre?

LAQUES: ¿Qué dices? ¿No es suficiente indicio el que ayer nadie quiso recibirte adentro para visitarla?

SOSTRATA: Pues entonces decían que estaba muy cansada; por eso no fui recibida en su casa.

LAQUES: Creo yo que para ella tus costumbres son una enfermedad, más que alguna otra cosa; y con mucha razón, pues ninguna de ustedes hay que no quiera casar a su hijo; y cuando la elección que les ha agradado es concedida, luego que se casaron por instigación de ustedes, por instigación de ustedes echan a las mismas. [48]

II, 2

FIDIPO LAQUES SOSTRATA

FIDIPO (*hablando con su hija, que está adentro de la casa*): Aunque yo sé, Filomena, que mi derecho es obligarte a hacer lo que yo

Quae ego imperem facere, ego tamen patrio animo uictus
[faciam
Vt tibi concedam, neque tuae libidini aduersabor.
LA. Atque eccum Phidippum optime uideo: hinc iam scibo
[hoc quid sit.
—Phidippe, etsi ego meis me omnibus scio esse adprime
[obsequentem,
Sed non adeo ut mea facilitas corrumpat illorum animos;
Quod tu si idem faceres, magis in rem et uostram et
[nostram id esset;
Nunc uideo in illarum potestate esse te.
PH. Heia uero?
LA. Adii te heri de filia; ut ueni, itidem incertum amisti.
Haud ita decet, si perpetuam hanc uis esse adfinitatem,
Celare te iras; si quid est peccatum a nobis, profer:
Aut ea refellendo aut purgando uobis corrigemus
Te iudice ipso; sin east causa retinendi apud uos
Quia aegra, te mihi iniuriam facere arbitror, Phidippe,
Si metuis satis ut meae domi curetur diligenter.
At, ita me di ament, haud tibi hoc concedo, etsi illi
[pater es,
Vt tu illam saluam magis uelis quam ego; id adeo gnati
[causa,
Quem ego intellexi illam haud minus quam se ipsum
[magnificare.
Neque adeo clam me est quam esse eum grauiter laturum
[credam,
Hoc si rescierit; eo domum studeo haec prius quam ille
[huc redeat.
PH. Laches, et diligentiam uestram et benignitatem
Noui, et quae dicis omnia esse ut dicis animum induco,

mande, sin embargo yo, vencido por mi sentimiento paternal, actuaré de modo que te convenga y no me opondré a tu deseo.

LAQUES: Pero aquí está Fidipo, muy oportunamente lo veo: por aquí sabré ya lo que hay. —Fidipo, aunque yo sé que yo soy condescendiente, sobre todo con todos los míos, sin embargo, no lo soy al punto que mi afabilidad corrompa las voluntades de ellos; si tú hicieras lo mismo, ello sería más en provecho, tanto de ustedes como nuestro. Me doy cuenta ahora de que tú estás en poder de ellas.

FIDIPO: ¡Vamos! ¿De veras? [49]

LAQUES: Ayer me acerqué a ti para hablarte de tu hija; tal como llegué, igualmente indeciso me despachaste. Así no conviene; si quieres que esta afinidad sea perpetua, oculta tú los resentimientos. Si de nuestra parte hay una falta, dala a conocer: ya sea refutándola o purgándola ante ustedes la corregiremos, siendo tú mismo el juez. Pero si la causa de retención [50] en casa de ustedes es porque ella está enferma, considero, Fidipo, que tú me haces una ofensa, si es que temes mucho que en mi casa no sería cuidada con diligencia. Pero, así me amen los dioses, no te concedo esto, aunque le eres su padre: que tú la quieras más sana que yo. Y ello por causa de mi hijo, a quien yo considero que la estima no menos que a sí mismo. Y no se me oculta [51] hasta dónde puedo confiar que él lo soportaría con pena, si llegara a saber esto; por eso deseo que ésta esté en casa antes que él regrese aquí.

FIDIPO: Laques, he conocido tanto tu diligencia como tu benignidad, y persuado a mi ánimo a que todo lo que dices es como dices,

Et te hoc mihi cupio credere: illam ad uos redire studeo,
Si facere possim ullo modo.
LA. Quae res te facere id prohibet?
Eho, numquidnam accusat uirum?
PH. Minime; nam postquam attendi
Magis et ui coepi cogere ut rediret, sancte adiurat
Non posse apud uos Pamphilo se absente perdurare.
Aliud fortasse aliis uiti est; ego sum animo leni natus,
Non possum aduorsari meis.
LA. Hem, Sostrata?
SO. Heu me miseram!
LA. Certumne est istuc?
PH. Nunc quidem ut uidetur. Sed numquid uis?
Nam est quod me transire ad forum iam oportet.
LA. Eo tecum una.

SOSTRATA

SO. Edepol ne nos sumus inique aeque omnes inuisae uiris
Propter paucas quae omnes faciunt dignae ut uideamur
[malo.
Nam, ita me di ament, quod me accusat nunc uir, sum
[extra noxiam.
Sed non facile est expurgatu, ita animum induxerunt
[socrus
Omnis esse iniquas; haud pol me quidem; nam numquam
[secus
Habui illam ac si ex me esset gnata; nec qui hoc mihi
[eueniat scio,
Nisi pol filium multimodis iam expecto ut redeat domum.

y deseo que tú me creas esto: procuro que ella regrese a casa de ustedes, si es que puedo conseguirlo de algún modo.

LAQUES: ¿Qué cosa te impide hacerlo? ¡Vamos! ¿Acaso inculpa a su marido de algo?

FIDIPO: De ninguna manera, puesto que en cuanto me apliqué más y comencé a obligarla por la fuerza para que regresara, sacrosantamente perjura que ella no puede permanecer en casa de ustedes estando Pánfilo ausente. Tal vez algunos tienen algún vicio; yo nací con ánimo benévolo, no puedo ser contrario a los míos.

LAQUES: ¿Qué tal, Sostrata? [52]

SOSTRATA: ¡Ay, desdichada de mí!

LAQUES: ¿Está eso decidido?

FIDIPO: Ahora sí, al parecer [53] . . . , pero ¿quieres algo más?, pues por lo que hay [54] conviene que yo me vaya ya al foro.

LAQUES: Voy junto contigo.

SOSTRATA (*sola*)

SOSTRATA: ¡Por Pólux!, en verdad todas nosotras por igual somos injustamente aborrecidas por los esposos, por unas pocas que hacen que todas parezcamos dignas de daño. Pues así me amen los dioses, en cuanto a lo que ahora me achaca mi esposo, estoy libre de culpa. Pero no es fácil disculparse; así han resuelto los maridos: [55] que todas las suegras son injustas. ¡Por Pólux!, en verdad que yo no . . . ; [56] pues nunca tuve a aquélla de otro modo que si hubiera nacido de mí, y no sé por qué me suceda esto; excepto que, por Pólux, de todas maneras espero ya que mi hijo vuelva a casa.

PAMPHILVS PARMENO

PAM. Nemini ego plura acerba credo esse ex amore homini
[umquam oblata
Quam mihi. Heu me infelicem! Hancine ego uitam parsi
[perdere!
Hacine causa ego eram tantopere cupidus redeundi
[domum! Cui
Quanto fuerat praestabilius ubiuis gentium agere aetatem
Quam huc redire atque haec ita esse miserum me
[resciscere!
Nam nos omnes quibus est alicunde aliquis obiectus labos,
Omne quod est interea tempus prius quam id rescitumst
[lucrost.
PAR. At sic citius qui te expedias his aerumnis reperias.
Si non rediisses, haec irae factae essent multo ampliores.
Sed nunc aduentum tuom ambas, Pamphile, scio
[reuerituras.
Rem cognosces, iram expedies, rursum in gratiam
[restitues.
Leuia sunt quae tu pergrauia esse in animum induxti
[tuom.
PAM. Quid consolare me? An quisquam usquam gentiumst
[aeque miser?
Prius quam hanc uxorem duxi, habebam alibi animum
[amori deditum;
Tamen numquam ausus sum recusare eam quam mihi
[obtrudit pater;
Iam in hac re, ut taceam, cuiuis facile scitu est quam
[fuerim miser;

III, 1

PÁNFILO PARMENÓN

PÁNFILO: A ningún hombre creo yo que, como a mí, jamás se le hayan ofrecido tantas amarguras por el amor. ¡Ay, infeliz de mí! ¡Me abstuve yo de perder esta vida![57] ¡Por esta razón estaba yo tan deseoso de volver a casa! ¡A quien mucho más conveniente le hubiera sido pasar la vida en cualquier parte que volver aquí y llegar a saber que así está esto, desdichado de mí! Pues todos nosotros, a quienes de alguna parte ha sido interpuesta una calamidad, todo el tiempo que hay antes de llegar a conocerla es ganancia.

PARMENÓN: Pero así más pronto encontrarás cómo librarte de estos pesares. Si no hubieras vuelto, estos rencores se hubieran hecho mucho más grandes. Pero ahora, Pánfilo, sé que ambas[58] verán con respeto tu llegada. Conoces el asunto, apartarás los rencores, restituirás la gracia. Son leves las cosas que tú has resuelto que son muy graves.

PÁNFILO: ¿Para qué me consuelas? ¿Acaso hay en alguna parte alguien igualmente desdichado? Antes de llevar a ésta por esposa tenía mi corazón entregado a un amor en otra parte; sin embargo, nunca me atreví a rehusar a la que mi padre me impuso. Ya en esta situación —aunque yo calle— para cualquiera es fácil saber cuán desdichado haya sido. Apenas me desligué de ahí[59] y aparté

Vix me illi*m* abstraxi atque inpeditum in ea expediui
[animum meum
Vixque huc contuleram: em noua res ortast porro ab hac
[quae me abstrahat.
Tum matrem ex ea re me aut uxorem in culpa
[inuenturum arbitror;
Quod cum ita esse inuenero, quid restat nisi porro ut
[fiam miser?
Nam matris ferre iniurias me, Parmeno, pietas iubet;
Tum uxori obnoxius sum, ita olim suo me ingenio
[pertulit,
Tot meas iniurias quae numquam in ullo patefecit loco.
Sed magnum nescio quid necesse est euenisse, Parmeno,
Vnde ira inter eas intercessit, quae tam permansit diu.
PAR. Haud quidem hercle: paruom. Si uis uero ueram rationem
[exsequi,
Non maxumas quae maxumae sunt interdum irae iniurias
Faciunt; nam saepe est, quibus in rebus alius ne iratus
[quidem est,
Cum de eadem causa est iracundus factus inimicissimus.
Pueri inter sese quam pro leuibus noxiis iras gerunt!
Quapropter? Quia enim qui eos gubernat animus eum
[infirmum gerunt.
Itidem illae mulieres sunt ferme ut pueri leui sententia;
Fortasse unum aliquod uerbum inter eas iram hanc
[conciuisse.
PAM. Abi, Parmeno, intro ac me uenisse nuntia.
PAR. Hem, quid hoc est?
PAM. Tace.
Trepidari sentio et cursari rursum prorsum.
PAR. Agedum, ad fores
Accedo propius. Em, sensistin?

mi voluntad impedida en ella, y apenas la había trasladado aquí, [60] ahí tienes que una nueva situación ha surgido delante, que me aparta de ésta. [61] Además, considero que yo voy a encontrar a mi madre o a mi esposa inculpadas en esta situación; [62] respecto a lo cual, en cuanto encuentre que así es, ¿qué queda sino ser desdichado en adelante? Porque, Parmenón, el respeto me ordena soportar las ofensas de mi madre; además, estoy obligado con mi esposa; a tal punto con su carácter me toleró en otro tiempo tantas ofensas mías, las que nunca patentizó en ocasión alguna. Pero no sé qué grave cosa es preciso que haya ocurrido, Parmenón, por donde se haya interpuesto entre ellas el rencor que por tan largo tiempo ha perdurado.

PARMENÓN: Ciertamente no, por Hércules: es cosa pequeña. [63] Si en verdad quieres alcanzar la verdadera razón . . . , [64] a veces los que no son máximos rencores hacen las máximas ofensas; pues a menudo pasa que una persona irritada se ha vuelto muy enemiga, por el mismo motivo que otro ni siquiera está irritado. ¡Cuán grandes rencores provocan entre sí los niños por daños leves! ¿Por qué? Pues porque el ánimo que los gobierna lleva otro que es débil. Igualmente son aquellas mujeres, [65] casi como niños: de liviana opinión. Tal vez una sola palabra concitó este rencor entre ellas.

PÁNFILO (*señalando la casa de Fidipo*): Ve, Parmenón, y anuncia adentro que yo he llegado.

PARMENÓN (*viendo la casa de Fidipo*): ¡Eh, ¿qué es esto?!

PÁNFILO: Calla. Oigo apresuramiento y correteo para atrás y para adelante. [66]

PARMENÓN: Vamos, me acerco más a la puerta. ¡Eh!, ¿oíste?

PAM. Noli fabularier.
Pro Iuppiter, clamorem audiui!
PAR. Tute loqueris, me uetas.
MYR. Tace obsecro, mea gnata!
PAM. Matris uox uisast Philumenae;
Nullus sum!
PAR. Qui dum?
PAM. Perii!
PAR. Quam ob rem?
PAM. Nescio quod magnum malum
Profecto, Parmeno, me celas.
PAR. Vxorem Philumenam
Pauitare nescio quid dixerunt; id si forte est nescio.
PAM. Interii, cur mihi id non dixti?
PAR. Quia non poteram una omnia.
PAM. Quid morbi est?
PAR. Nescio.
PAM. Quid? Nemon medicum adduxit?
PAR. Nescio.
PAM. Cesso hinc ire intro, ut hoc quam primum, quidquid est,
[certo sciam?
Quonam modo, Philumena mea, nunc te offendam
[adfectam?
Nam si periclum ullum in te inest, perisse me una haud
[dubium est.
PAR. Non usus facto est mihi nunc hunc intro sequi,
Nam inuisos omnis nos esse illis sentio;
Heri nemo uoluit Sostratam intro admittere.
Si forte morbus amplior factus siet,
Quod sane nolim, maxime eri causa mei,
Seruom ilico intro iisse dicent Sostratae,

PÁNFILO: No vayas a hablar. ¡Por Júpiter, escuché un grito!

PARMENÓN: Tú mismo hablas y a mí me lo prohíbes.

MIRRINA (*adentro de la casa*): ¡Calla por favor, hija mía!

PÁNFILO: Pareció la voz de la madre de Filomena; ¡estoy perdido!

PARMENÓN: ¿Por qué?

PÁNFILO: ¡Estoy muerto!

PARMENÓN: ¿Por qué razón?

PÁNFILO: No sé qué gran mal en verdad me ocultas, Parmenón.

PARMENÓN: Yo sé que han dicho de que tu esposa Filomena tiene escalofríos; no sé si casualmente es eso.

PÁNFILO: Estoy perdido, ¿por qué no me lo dijiste?

PARMENÓN: Porque no podía todo a un tiempo.

PÁNFILO: ¿Qué enfermedad es?

PARMENÓN: No sé.

PÁNFILO: ¿Qué? ¿Nadie ha traído a un médico?

PARMENÓN: No sé.

PÁNFILO: ¿Qué espero para ir de aquí hacia adentro, para cuanto antes saber efectivamente qué es esto? ¿En qué situación te hallaré ahora, Filomena mía? Si algún peligro hay para ti, no hay duda de que yo muero juntamente (*entra*).

PARMENÓN: No me es preciso ahora seguir a éste adentro, pues percibo que todos nosotros somos aborrecidos por ellos.[67] Ayer nadie quiso admitir adentro a Sostrata. Si por causalidad la enfermedad se hiciera más grave (lo que realmente no quisiera, máxime por razón de mi amo), al momento dirán que el esclavo de Sostrata

Aliquid tulisse comminiscentur mali
Capiti atque aetati illorum, morbus qui auctus sit;
Era in crimen ueniet, ego uero in magnum malum.

SOSTRATA PARMENO PAMPHILVS

SO. Nescio quid iam dudum audio hic tumultuari misera;
Male metuo ne Philumenae magis morbus adgrauescat;
Quod te, Aesculapi, et te, Salus, ne quid sit huius oro.
Nunc ad eam uisam.
PAR. Heus, Sostrata!
SO. Hem?
PAR. Iterum istinc excludere.
SO. Ehem, Parmeno, tun hic eras? Perii, quid faciam misera?
Non uisam uxorem Pamphili, cum in proximo hic sit [aegra?
PAR. Non uisas? Ne mittas quidem uisendi causa quemquam!
Nam qui amat cui odio ipsus est, bis facere stulte duco:
Laborem inanem ipsus capit et illi molestiam adfert.
Tum filius tuos intro iit uidere, ut uenit, quid agat.
SO. Quid ais? An uenit Pamphilus?
PAR. Venit.
SO. Dis gratiam habeo.
Hem! Istoc uerbo animus mihi redit et cura ex corde [excessit.
PAR. Iam ea te causa maxime nunc hoc intro ire nolo;
Nam si remittent quippiam Philumenae dolores,
Omnem rem narrabit, scio, continuo sola soli,
Quae inter uos interuenerit unde ortumst initium irae.
—Atque eccum uideo ipsum egredi. Quam tristist!

se metió para adentro, inventarán que llevó algún mal a su persona y a la vida de ellos; [68] enfermedad que habría incrementado; mi ama caerá en inculpación; por el contrario, yo en un gran daño.

III, 2

SOSTRATA PARMENÓN PÁNFILO

SOSTRATA: Desdichada, no sé qué cosa oigo que se alborota aquí hace mucho; temo mucho que la enfermedad de Filomena se agrave más. En cuanto a ella, a ti, Esculapio, y a ti, Salud, ruego que no pase nada de esto. Ahora, a verla.

PARMENÓN: ¡Oye, Sostrata!

SOSTRATA: ¿Eh?

PARMENÓN: Serás echada de ahí otra vez.

SOSTRATA: ¡Vaya, Parmenón!, ¿estabas tú aquí? Estoy muerta, ¿que haré, desdichada? ¿No iré a ver a la esposa de Pánfilo, estando enferma aquí cerca?

PARMENÓN: ¿Que no la vayas a ver? ¡Ni siquiera envíes a alguien para verla!, pues quien ama a quien él mismo sirve de aborrecimiento, pienso que actúa tontamente dos veces: él mismo asume un trabajo vano y ocasiona molestia al otro. Además, en cuanto llegó tu hijo se metió adentro para ver qué pasa.

SOSTRATA: ¿Qué dices? ¿Llegó Pánfilo?

PARMENÓN: Llegó.

SOSTRATA: Doy gracias a los dioses. ¡Ah!, con esa palabra me volvió el aliento y la preocupación salió de mi corazón.

PARMENÓN: Máxime por ese motivo no quiero que ahora tú te metas allí adentro; pues si en algo le ceden los dolores a Filomena, al punto contará todo el asunto, ya solas, [69] lo sé; lo que haya mediado entre ustedes, de dónde haya brotado el inicio del rencor. Pero aquí veo que sale él mismo. [70] ¡Qué triste está!

SO. O mi gnate!
PAM. Mea mater, salue.
SO. Gaudeo uenisse saluom. Saluan
Philumena est?
PAM. Meliuscula est.
SO. Vtinam istuc ita di faxint!
Quid tu igitur lacrimas? Aut quid es tam tristis?
PAM. Recte, mater.
SO. Quid fuit tumulti? Dic mihi. An dolor repente inuasit?
PAM. Ita factumst.
SO. Quid morbi est?
PAM. Febris.
SO. Cottidiana?
PAM. Ita aiunt.
I sodes intro, consequar iam te, mea mater.
SO. Fiat.
PAM. Tu pueris curre, Parmeno, obuiam atque eis onera adiuta.
PAR. Quid? Non sciunt ipsi uiam domum qua ueniant?
PAM. Cessas?

PAMPHILVS

Nequeo mearum rerum initium ullum inuenire idoneum
Vnde exordiar narrare quae necopinanti accidunt,
Partim quae perspexi his oculis, partim quae accepi [auribus,
Qua me propter exanimatum citius eduxi foras.
Nam modo intro me ut corripui timidus, alio suspicans
Morbo me uisurum adfectam ac sensi esse uxorem, ei [mihi!

SOSTRATA: ¡Hijo mío!

PÁNFILO: ¡Madre mía, salud!

SOSTRATA: Me alegro de que hayas regresado salvo. ¿Está a salvo Filomena?

PÁNFILO: Está mejorcita.

SOSTRATA: ¡Ojalá así lo hagan los dioses! ¿Por qué, entonces, lloras tú? ¿O por qué estás tan triste?

PÁNFILO: Está bien, madre. [71]

SOSTRATA: ¿Qué fue del desorden? [72] Dime. ¿La invadió repentinamente un dolor?

PÁNFILO: Así pasó.

SOSTRATA: ¿Qué enfermedad es?

PÁNFILO: Fiebre.

SOSTRATA: ¿Cotidiana?

PÁNFILO: Así dicen. Por favor, ve adentro madre mía, yo te seguiré.

SOSTRATA: Sea.

PÁNFILO: Tú, Parmenón, corre al encuentro de esos muchachos y alivia sus cargas.

PARMENÓN: ¿Qué? ¿No conocen ellos mismos el camino por donde llegar a la casa?

PÁNFILO: ¿Te quedas parado?

III, 3

PÁNFILO

PÁNFILO (*consigo*): No puedo hallar el adecuado principio de mis cosas, por donde empiece a contar lo que sucede a alguien desprevenido. [73] En parte percibí algo con estos ojos, en parte advertí algo con las orejas; por eso más pronto me eché afuera, exánime. Pues hace poco que, temeroso, me avalancé adentro, sospechando que vería yo a mi mujer enferma, y me di cuenta de que estaba

Postquam me aspexere ancillae aduenisse, ilico omnes [simul
Laetae exclamant: «Venit!» id quod me repente aspexe- [rant;
Sed continuo uoltum earum sensi inmutari omnium,
Quia tam incommode illuc fors obtulerat aduentum [meum.
Vna illarum interea propere praecucurrit nuntians
Me uenisse; ego eius uidendi cupidus recta consequor.
Postquam intro adueni, extemplo eius morbum cognoui [miser;
Nam neque ut celari posset tempus spatium ullum dabat,
Neque uoce alia ac res monebat ipsa poterat conqueri.
Postquam aspexi: «O facinus indignum!» inquam, et [corripui ilico
Me inde lacrimans, incredibili re atque atroci percitus.
Mater consequitur; iam ut limen exirem, ad genua accidit
Lacrimans misera; miseritumst. Profecto hoc sic est, [ut puto:
Omnibus nobis ut res dant sese, ita magni atque humiles [sumus.
Hanc habere orationem mecum principio institit:
«O mi Pamphile, abs te quam ob rem haec abierit causam [uides;
Nam uitium est oblatum uirgini olim ab nescio quo [inprobo.
Nunc huc confugit te atque alios partum ut celaret [suom.»
Sed cum orata huius reminiscor, nequeo quin lacrimem [miser.
«Quaeque Fors Fortuna est, inquit, nobis quae te hodie [obtulit,

enferma de otra enfermedad. ¡Ay de mí!, en cuanto las criadas vieron que yo llegué, al momento todas al mismo tiempo gritan contentas: "¡llegó!", porque repentinamente me habían visto; pero enseguida me di cuenta de que el rostro de todas ellas se mudaba, tal vez porque tan intempestivamente había ofrecido allí mi presencia. Entretanto, una de ellas apresuradamente se adelantó anunciando que yo había llegado; yo, deseoso de verla,[74] en línea recta la sigo. En cuanto llegué adentro, al momento conocí la enfermedad de ella, desdichado; pues ni el tiempo daba lugar alguno para que pudiera ocultarse, ni podía quejarse con otra voz que la instruía su propia situación. En cuanto me di cuenta: "¡oh, hecho indigno!", dije, y al momento me lancé de ahí llorando, conmovido por el increíble y atroz hecho. Su madre me sigue; ya que había yo franqueado el umbral, cae de rodillas, llorando la desdichada; dio compasión. Verdaderamente, así como pienso es esto: tal como a todos nosotros se dan las cosas, así somos grandes y humildes. "Ay, Pánfilo mío, estás viendo la causa por la que ésta se ha alejado de ti; pues hace tiempo se hizo violación a la muchacha, no sé de parte de qué malvado. Ahora se refugió aquí, para ocultarte a ti y a los otros su parto." Pero cuando recuerdo los ruegos de ésta, no puedo menos que llorar, desdichado. "Oh, diosa Fortuna —dijo— cualquier cosa que sea la que hoy te nos puso enfrente, por

Per eam te obsecramus ambae, si ius, si fas est, uti
Aduersa eius per te tecta tacitaque apud omnis sient.
Si umquam erga te animo esse amico sensisti eam, mi
[Pamphile,
Sine labore hanc gratiam te uti sibi des pro illa nunc
[rogat.
Ceterum de redducenda id facias quod in rem sit tuam,
Parturire eam nec grauidam esse ex te solus conscius;
Nam aiunt tecum post duobus concubuisse mensibus;
Tum, postquam ad te uenit, mensis agitur hic iam
[septimus.
Quod te scire ipsa indicat res. Nunc, si potis est, Pam-
[phile,
Maxime uolo doque operam ut clam eueniat partus patrem
Atque adeo omnis; sed, si id fieri non potest quin sentiant,
Dicam abortum esse; scio nemini aliter suspectum fore
Quin, quod ueri similest, ex te recte eum natum putent.
Continuo exponetur; hic tibi nihil est quicquam in-
[commodi,
Et illi miserae indigne factam iniuriam contexeris.»
Pollicitus sum, et seruare in eo certumst quod dixi fidem.
Nam de red*d*ucenda, id uero ne utiquam honestum esse
[arbitror,
Nec faciam, etsi amor me grauiter consuetudoque eius
[tenet.
Lacrumo, quae posthac futura est uita cum in mentem
[uenit
Solitudoque. O Fortuna! Vt numquam perpetuo es data!
Sed iam prior amor me ad hanc rem exercitatum reddidit,
Quem ego tum consilio missum feci; idem huic nunc
[operam dabo.

ella ambas te rogamos, si es permitido y lícito, que las adversidades de ésta, por ti queden encubiertas y tácitas entre todos. Si alguna vez, Pánfilo mío, percibiste que ella es de corazón amistoso hacia ti, te ruega ahora que, por ella, sin esfuerzo le concedas este favor. Por lo demás, en cuanto a volverla a llevar, harás lo que esté a tu alcance; tú solo eres sabedor de que ella está de parto, y que de ti no está preñada, pues dice [75] que se acostó contigo dos meses después; [76] de eso, desde que vino contigo, pasan ya siete meses. En cuanto a ello, la situación misma indica que tú lo sabes. Ahora, Pánfilo, si es posible, mayormente quiero y procuro que el parto venga a escondidas de su padre, e incluso de todos; pero si no puede lograrse que no se percaten de ello, diré que abortó; sé que nadie lo verá de otro modo, y que con seguridad no dudarán que él ha nacido de ti, lo cual es semejante a la verdad. Enseguida será expuesto; de aquí ningún daño hay para ti, y a la desdichada le habrás encubierto la ofensa hecha indignamente." Lo he prometido y está resuelto el mantenerme en aquello de que di promesa. Pues en cuanto a devolverla, realmente pienso que eso de ninguna manera es honesto, y no lo haré, aunque su cariño y la familiaridad de ella me retiene fuertemente. Lloro cuando viene a mi mente la vida que ha de ser, y la soledad. ¡Oh, Fortuna! ¡Cómo nunca eres dada a perpetuidad! Pero ya un primer amor me volvió experimentado para este asunto, y a él entonces yo lo despaché deliberadamente; lo mismo procuraré ahora para éste. Parmenón llega con unos sir-

—Adest Parmeno cum pueris; hunc nunime est opus
In hac re adesse; nam olim soli credidi
Ea me abstinuisse in principio cum data est;
Vereor, si clamorem eius hic crebro exaudiat,
Ne parturire intellegat; aliquo mihi est
Hinc ablegandus, dum parit Philumena.

PARMENO SOSIA PAMPHILVS

PAR. Ain tu tibi hoc incommodum euenisse iter?
SO. Non hercle uerbis, Parmeno, dici potest
Tantum quam re ipsa nauigare incommodumst.
PAR. Itane est?
SO. O fortunate, nescis quid mali
Praeterieris, qui numquam es ingressus mare!
Nam, alias ut mittam miserias, unam hanc uide:
Dies triginta aut plus eo in naui fui,
Cum interea semper mortem exspectabam miser;
Ita usque aduersa tempestate usi sumus.
PAR. Odiosum.
SO. Haud clam me est; denique hercle aufugerim
Potius quam redeam, si eo mihi redeundum sciam.
PAR. Olim quidem te causae impellebant leues
Quod nunc minitare facere ut faceres, Sosia.
—Sed Pamphilum ipsum uideo stare ante ostium.
Ite intro; ego hunc adibo, si quid me uelit.
Ere, etiam tu hic stas?

vientes; de ninguna manera es bueno que éste asista en esta circunstancia, pues a él solo hace tiempo le confié que yo me abstuve de ella en un principio, cuando me fue dada. Temo que si éste escuchara muchas veces el clamor de ella, comprendería que está de parto. A alguna parte debo yo despacharlo de aquí, mientras Filomena pare.

III, 4

PARMENÓN SOSIA PÁNFILO

PARMENÓN (*a Sosia*): ¿Dices tú que el camino éste te resultó incómodo?

SOSIA: Por Hércules, Parmenón, no puede decirse con palabras qué tan incómodo es el navegar por sí mismo.

PARMENÓN: ¿Tan así es?

SOSIA: ¡Afortunado, no sabes de qué daño te has librado, por no haberte adentrado nunca en el mar! Pues aunque omita otras desventuras, ve esta sola: estuve en una nave treinta días, o más inclusive, aguardando siempre, desdichado, la muerte; a tal punto tratamos con una tempestad adversa.

PARMENÓN: Odioso.

SOSIA: No se me oculta.[77] En fin, por Hércules; mejor que volver huiría; si supiera que me es preciso volver allá.[78]

PARMENÓN: Ciertamente, antes causas leves te impedían hacer lo que ahora amenazas que harías, Sosia. Pero veo que el propio Pánfilo está frente a la puerta. Ve adentro; yo me acercaré a éste, por si me quisiera para algo (*a Pánfilo*): Señor, ¿todavía estás aquí?

PAM. Et quidem te exspecto.
PAR. Quid est?
PAM. In arcem transcurso opus est.
PAR. Cui homini?
PAM. Tibi.
PAR. In arcem? Quid eo?
PAM. Callidemidem hospitem
Myconium, qui mecum una uectust, conueni.
PAR. Perii! Vouisse hunc dicam, si saluos domum
Redisset umquam, ut me ambulando rumperet.
PAM. Quid cessas?
PAR. Quid uis dicam? An conueniam modo?
PAM. Immo quod constitui me hodie conuenturum eum,
Non posse, ne me frustra illi exspectet. Vola.
PAR. At non noui hominis faciem.
PAM. At faciam ut noueris:
Magnus, rubicundus, crispus, crassus, caesius,
Cadauerosa facie.
PAR. Di illum perduint!
Quid si non ueniet? Maneamne usque ad uesperum?
PAM. Maneto. Curre.
PAR. Non queo; ita defessus sum.
PAM. Ille abiit. Quid agam infelix? Prorsus nescio
Quo pacto hoc celem quod me orauit Myrrhina,
Suae gnatae partum; nam me miseret mulieris.
Quod potero faciam, tamen ut pietatem colam;
Nam me parenti potius quam amori obsequi
Oportet. — Attat! eccum Phidippum et patrem
Video. Horsum pergunt. Quid dicam his incertus sum.

PÁNFILO: Y ciertamente te espero.

PARMENÓN: ¿Qué hay?

PÁNFILO: Es preciso ir corriendo a la ciudadela.

PARMENÓN: ¿A quién le hablas? [79]

PÁNFILO: A ti.

PARMENÓN: ¿A la ciudadela? ¿Por qué allá?

PÁNFILO: Para buscar al forastero miconio Calidémide, quien navegó junto conmigo.

PARMENÓN: ¡Estoy perdido! Diré que éste hizo votos porque, si alguna vez volvía salvo a casa, me destrozaría con ir y venir.

PÁNFILO: ¿Por qué te quedas parado?

PARMENÓN: ¿Qué quieres que le diga? ¿O que sólo lo busque?

PÁNFILO: Al contrario, que decidí que hoy no puedo buscarlo, para que no me espere allí inútilmente. Vuela.

PARMENÓN: Pero no he conocido el rostro del hombre.

PÁNFILO: Pero haré que lo conozcas: grande, rubicundo, crespo, craso, ojos garzos, rostro cadavérico.

PARMENÓN (*consigo*): ¡Que los dioses lo pierdan! Si no llegara, ¿qué? ¿Que lo espere hasta la tarde?

PÁNFILO: Deberás esperar. Corre.

PARMENÓN: No puedo; tanto así me he fatigado (*se va*).

PÁNFILO: Aquél se marchó. ¿Infeliz, qué haré? En adelante no sé cómo ocultar lo que me rogó Mirrina: el parto de su hija; pues me da compasión la mujer. Haré lo que pueda, pero de modo de velar por mi deber; [80] pues conviene que yo sea obsecuente con un padre, más que con el amor. ¡Oh! Veo aquí a Fidipo y a mi padre. Se dirigen hacia aquí. Estoy indeciso respecto de lo que diré a éstos.

LACHES PHIDIPPVS PAMPHILVS

LA. Dixtin dudum illam dixisse se expectare filium?
PH. Factum.
LA. Venisse aiunt; redeat.
PA. Causam quam dicam patri
Quamobrem non red*d*ucam nescio.
LA. Quem ego hic audiui loqui?
PA. Certum offirmare est uiam me quam decreui persequi.
PH. Ipsus est de quo hoc agebam tecum.
PA. Salue, mi pater.
LA. Gnate mi, salue.
PH. Bene factum te aduenisse, Pamphile;
Atque adeo, id quod maxumumst, saluom atque ualidum.
PA. Creditur.
LA. Aduenis modo?
PA. Admodum.
LA. Cedo, quid reliquit Phania
Consobrinus noster?
PA. Sane hercle homo uoluptati obsequens
Fuit, dum uixit; et qui sic sunt haud multum heredem
[iuuant,
Sibi uero hanc laudem relinquont: Vixit, dum uixit, bene.
LA. Tum tu igitur nihil attulisti huc plus una sententia?
PA. Quidquid est id quod reliquit, profuit.
LA. Immo offuit;
Nam illum uiuom et saluom uellem.
PH. Inpune optare istuc licet;
Ille reuiuiscet iam numquam, et tamen utrum malis scio.

III, 5

LAQUES FIDIPO PÁNFILO

LAQUES: ¿No dijiste hace poco que ella dijo [81] que esperaba a mi hijo?

FIDIPO: Lo hice.

LAQUES: Dicen que ha vuelto; que regrese. [82]

PÁNFILO (*consigo*): Qué razón daré a mi padre para que no la regrese, no sé.

LAQUES: ¿A quién oigo yo hablar aquí?

PÁNFILO (*consigo*): Decidido está persistir en el medio que yo decidí ejecutar.

FIDIPO: Es el mismo de quien trataba esto contigo.

PÁNFILO: Salud, padre mío.

LAQUES: Hijo mío, salud.

FIDIPO: Qué gran gusto que tú hayas llegado, Pánfilo; y más todavía, lo que es más importante, sano y salvo.

PÁNFILO: Gracias. [83]

LAQUES: ¿Recién llegas?

PÁNFILO: Recientemente.

LAQUES: Dime, ¿qué dejó Fanio, nuestro primo?

PÁNFILO: Por Hércules, mientras vivió fue un hombre muy obsecuente con el placer; y los que son así no ayudan mucho a un heredero; sin embargo, para sí dejan esta gloria: mientras vivió, vivió bien.

LAQUES: ¿De modo que entonces tú no trajiste aquí más que una sentencia?

PÁNFILO: Cualquier cosa que sea lo que haya dejado, ha aprovechado.

LAQUES: Por el contrario, ha perjudicado, pues lo quisiera vivo y salvo.

FIDIPO: Es lícito desear eso impunemente. Él ya nunca revivirá y, sin embargo, sé lo que prefieres.

LA. Heri Philumenam ad se accersi hic iussit.—Dic iussisse te.
PH. Noli fodere.—Iussi.
LA. Sed eam iam remittet.
PH. Scilicet.
PA. Omnem rem scio ut sit gesta; adueniens audiui modo.
LA. At istos inuidos di perdant, qui haec libenter nuntiant.
PA. Ego me scio cauisse ne ulla merito contumelia
Fieri a uobis posset; idque si nunc memorare hic uelim
Quam fideli animo et benigno in illam et clementi fui,
Vere possum; ni te ex ipsa haec magis uelim resciscere;
Namque eo pacto maxume apud te meo erit ingenio fides,
Cum illa, quae nunc in me iniqua est, aequa de me dixerit.
Neque mea culpa hoc discidium euenisse, id testor deos.
Sed quando sese esse indignam deputat matri meae
Cui concedat cuiusque mores toleret sua modestia
Neque alio pacto componi potis inter eas gratia,
Segreganda aut mater a me est, Phidippe, aut Philumena.
Nunc me pietas matris potius commodum suadet sequi.
LA. Pamphile, haud inuito ad auris sermo mihi accessit tuos,
Cum te postputasse omnis res prae parente intellego;
Verum uide ne inpulsus ira praue insistas, Pamphile.
PA. Quibus iris pulsus nunc in illam iniquos sim?
Quae numquam quicquam erga me commeritast, pater,
Quod nollem, et saepe meritam id quod uellem scio;
Amoque et laudo et uehementer desidero;
Nam fuisse erga me miro ingenio expertus sum,
Illique exopto ut relicuam vitam exigat

LAQUES: Ayer éste [84] ordenó a Filomena que fuese a su casa (*en voz baja, a Fidipo*): Di que tú lo ordenaste.

FIDIPO (*en voz baja, a Laques*): No piques (*en voz alta*): Lo ordené.

LAQUES: Pero ya la devolverá.

FIDIPO: Evidentemente.

PÁNFILO: Sé cómo ha sido llevado todo el asunto; lo oí hace poco, al llegar.

LAQUES: Pero que los dioses pierdan a esos envidiosos que espontáneamente anuncian esto.

PÁNFILO: Yo sé que yo he procurado que ningún reproche pudiera hacérseme de parte de ustedes merecidamente; y si ahora quisiera referir aquí de cuán fiel, benigno y clemente ánimo fui para con ella, [85] realmente podría hacerlo, a no ser que yo prefiriera que tú sepas esto por ella misma; pues de esa manera mayormente había en ti confianza para mi condición moral, cuando ella, la que ahora es injusta conmigo, diga de mí cosas justas. Y por mi culpa no ha ocurrido esta separación; de ello pongo a los dioses como testigos. Pero ya que ella misma considera que es indigna de ceder a mi madre y de tolerar sus costumbres con su modestia, y que de ninguna otra manera es posible concertar entre ellas la amistad, o mi madre ha de separarse de mí, Fidipo, o Filomena. Ahora el deber hacia mi madre me persuade a procurar más su provecho.

LAQUES: Pánfilo, no a mi pesar ha penetrado tu conversación a mis oídos, pues comprendo que tú pospones toda cuestión en atención a tu madre; sin embargo, Pánfilo, ve que, impulsado por rencor, no prosigas equivocadamente.

PÁNFILO: ¿Impulsado por qué rencores iba a ser [86] injusto ahora en contra de ella?, la que nunca cometió nada contra mí, padre —lo cual yo no hubiera querido—, y sé que a menudo ha proporcionado lo que yo hubiera querido. Y la amo, y la alabo, y la deseo vehementemente, pues por experiencia he sabido que ha sido de admirable carácter conmigo; y para ella deseo con ansia que pase su

Cum eo uiro me qui sit fortunatior,
Quandoquidem illam a me distrahit necessitas.
PH. Tibi id in manu est ne fiat.
LA. Si sanus sies . . .
Iube illam redire.
PA. Non est consilium, pater;
Matris seruibo commodis.
LA. Quo abis? Ades.
Mane, inquam. Quo abis?
PH. Quae haec est pertinacia?
LA. Dixin, Phidippe, hanc rem aegre laturum esse eum?
Quam ob rem te orabam filiam ut remitteres.
PH. Non credidi edepol adeo inhumanum fore.
Ita nunc is sibi me supplicaturum putat?
Si est ut uelit redducere uxorem, licet;
Sin alio est animo, renumeret dotem huc, eat.
LA. Ecce autem tu quoque proterue iracundus es.
PH. Percontumax redisti huc nobis, Pamphile.
LA. Decedet iam ira haec, etsi merito iratus est.
PH. Quia paullum uobis accessit pecuniae,
Sublati animi sunt.
LA. Etiam mecum litigas?
PH. Deliberet renuntietque hodie mihi
Velitne an non; ut alii, si huic non sit, siet.
LA. Phidippe, ades; audi paucis. — Abiit. Quid mea?
Postremo inter se transigant ipsi ut lubet,
Quando nec gnatus neque hic mihi quicquam obtemporant,
Quae dico parui pendunt. Porto hoc iurgium ad
Vxorem, cuius haec fiunt consilio omnia,
Atque in eam hoc omne quod mihi aegrest euomam.

vida restante con el hombre aquel [87] que sea más afortunado que yo, ya que la necesidad la ha desligado de mí.

FIDIPO: En cuanto a ti, en tu mano está que eso no suceda.

LAQUES: Si fueras sensato... Ordena que ella regrese.

PÁNFILO: No es mi pensamiento, padre; serviré a los intereses de mi madre (*se va*).

LAQUES: ¿Adónde vas? Quédate. Espera, te digo. ¿Adónde vas?

FIDIPO: ¿Qué pertinacia es ésta?

LAQUES: ¿No te dije, Fidipo, que él penosamente sobrellevaría esta situación? Por eso yo te rogaba que regresaras a tu hija.

FIDIPO: Por Pólux, no creí que sería inhumano a tal punto. ¿Así que él se está pensando ahora que yo suplicaré? Si quisiera volver a llevarse a su esposa, tiene derecho; si acaso está con otra voluntad, que reembolse aquí la dote; que se vaya.

LAQUES: Pero he aquí que tú también estás insolentemente iracundo.

FIDIPO: Muy rebelde nos regresaste aquí, Pánfilo.

LAQUES: Ya le pasará este enojo, aunque con razón está indignado.

FIDIPO: Porque les creció un poco la fortuna están engreídos de ánimo.

LAQUES: ¿También conmigo peleas?

FIDIPO: Que reflexione y que hoy me avise si la quiere o no, para que sea para otro, si para éste no es (*se va*).

LAQUES: Fidipo, quédate; óyeme un poco. [88] —Se fue. ¿A mí qué? Que, a final de cuentas, se arreglen ellos mismos entre sí como les plazca, ya que ni mi hijo ni éste me obedecen en nada; aprecian poco lo que digo. Voy a llevar [89] esta discusión hasta mi mujer, por cuyo consejo suceden estas cosas, y sobre ella vomitaré todo esto, que para mí es penoso. [90]

MYRRHINA PHIDIPPVS

MY. Perii, quid agam? Quo me uortam? Quid uiro meo [respondebo,
Misera? Nam audiuisse uocem pueri uisust uagientis;
Ita corripuit derepente tacitus sese ad filiam.
Quod si rescierit peperisse eam, id qua causa clam me [habuisse
Dicam, non edepol scio.
Sed ostium concrepuit: credo ipsum exire ad me; nulla [sum!
PH. Vxor ubi me ad filiam ire sensit, se duxit foras.
Atque eccam uideo! Quid ais, Myrrhina? Heus, tibi dico.
MY. Mihine, uir?
PH. Vir ego tuos sim? Tu uirum me aut hominem deputas [adeo esse?
Nam si utrumuis horum, mulier, umquam tibi uisus [forem,
Non sic ludibrio tuis factis habitus essem.
MY. Quibus?
PH. At rogitas?
Peperit filia. Hem, taces? Ex qui?
MY. Istuc patrem rogare est aequom?
Perii, ex quo censes nisi ex illo cui data est nuptum, [obsecro?
PH. Credo, neque adeo arbitrari patris est aliter; sed demiror
Quid sit quam ob rem tantopere omnis nos celare uolueris
Partum, praesertim cum et recte et tempore suo pepererit.
Adeon peruicaci esse animo ut puerum praeoptares perire
Ex quo firmiorem inter nos fore amicitiam posthac scires,

IV, 1

MIRRINA FIDIPO

MIRRINA: Estoy perdida, ¿qué haré? ¿Adónde me dirigiré? ¿Qué responderé a mi marido, desdichada? Pues parece que oyó la voz del niño que lloraba; tan de repente se lanzó, callado, donde mi hija. Si respecto a ello llegara a saber que ella ha parido, con qué motivo diré que yo lo mantuve en secreto, por Pólux, no sé. Pero la puerta rechinó, creo que él en persona se encamina hacia mí; ¡ya nada valgo! [91]

FIDIPO (*consigo*): En cuanto mi mujer se dio cuenta de que yo iba donde mi hija, se lanzó afuera. ¡Y aquí la veo! (*en voz alta*): ¿Qué dices, Mirrina? ¡Ey, a ti te hablo!

MIRRINA: ¿A mí, esposo?

FIDIPO: ¿Que yo soy tu esposo? ¿Consideras tú que yo soy tu esposo, o incluso un hombre? Porque si alguna vez te hubiera parecido cualquiera de estos dos, mujer, no habría sido yo considerado como juguete de tus acciones.

MIRRINA: ¿De cuáles?

FIDIPO: ¿Pero . . . lo preguntas? Mi hija ha parido. ¡Ah!, ¿callas? ¿De quién?

MIRRINA: ¿Es justo que un padre pregunte eso? ¡Estoy perdida! ¿De quién piensas, por favor, sino de aquel a quien fue dada en matrimonio? [92]

FIDIPO: Lo creo, y no es de un padre considerarlo de otro modo, pero me sorprende el motivo [93] por el que tanto nos hayas querido ocultar a todos el parto, particularmente cuando ha parido bien y a su tiempo. ¡Ser de ánimo tan obstinado, que prefirieras que el niño muriera, sabiendo que, en adelante, a partir de él la amistad entre nosotros [94] sería más firme, antes que verla casada con él,

Potius quam aduorsum animi tui libidinem esset cum illo [nupta!
Ego etiam illorum esse hanc culpam credidi quae te est [penes.
MY. Misera sum.
PH. Vtinam sciam ita esse istuc! Sed nunc mihi [in mentem uenit
Ex hac re quod locuta es olim cum illum generum [cepimus;
Nam negabas nuptam posse filiam tuam te pati
Cum eo qui meretricem amaret, qui pernoctaret foris.
MY. Quamuis causam hunc suspicari quam ipsam ueram [mauolo.
PH. Multo prius sciui quam tu illum habere amicam, [Myrrhina;
Verum id uitium numquam decreui esse ego adulescentiae;
† Nam id omnibus innatumst. At pol iam aderit se [quoque etiam cum oderit. †
Sed ut olim te ostendisti, eadem esse nihil cessauisti usque [adhuc,
Vt filiam ab eo abduceres neu quod ego egissem esset [ratum.
Id nunc res indicium haec facit quo pacto factum [uolueris.
MY. Adeon me esse peruicacem censes, quoi mater siem,
Vt eo essem animo, si ex usu esset nostro hoc matrimo- [nium?
PH. Tun prospicere aut iudicare nostram in rem quod sit [potes?
Audisti ex aliquo fortasse qui uidisse eum diceret
Exeuntem aut intro euntem ad amicam. Quid tum postea?
Si modeste ac raro haec fecit, nonne ea dissimulare nos

contra tu voluntad! [95] Incluso yo creí que la falta ésta era de ellos; la que, sin embargo está en ti. [96]

MIRRINA: Soy desdichada.

FIDIPO: ¡Ojalá supiera yo que esto es así! [97] Pero ahora me viene a la mente lo que hace tiempo hablaste respecto de este asunto, cuando aceptamos a aquél [98] como yerno; pues decías que tú no podías soportar que tu hija se casara con uno que amaba a una meretriz y que pernoctaba afuera.

MIRRINA (*consigo*): Prefiero que éste sospeche cualquier motivo antes que el realmente verdadero. [99]

FIDIPO: Mucho antes que tú supe que él tenía una amiga, Mirrina, pero nunca consideré yo que eso fuese un vicio de juventud, pues es algo innato en todos. Pero, por Pólux, ya vendrá el día cuando incluso también [100] sienta aversión de sí mismo. Pero hasta ahora no has cesado de ser la misma que hace tiempo te has mostrado, a fin de apartar a tu hija de él, [101] y de que yo no llevase a cabo lo que hubiese calculado. En cuanto a eso, ahora esta situación da un indicio de cómo habías querido que se realizara.

MIRRINA: ¿A tal punto consideras que soy yo obstinada para quien soy su madre, que sería yo de esa disposición si este matrimonio fuese conforme a nuestro provecho?

FIDIPO: ¿Acaso puedes tú prever o juzgar lo que sea para nuestro provecho? Tal vez te enteraste por alguien que diría que lo vio saliendo o yendo para adentro, donde su amiga. ¿Luego entonces, qué? Si discretamente y rara vez hizo esto, ¿acaso no es más humano encubrirlo nosotros, que procurar que se sepa por quien nos

Magis humanum est quam dare operam id scire qui nos
[oderit?
Nam si is posset ab ea sese derepente auellere
Quicum tot consuesset annos, non eum hominem ducerem
Nec uirum satis firmum gnatae.
MY. Mitte adulescentem, obsecro,
Et quae me peccasse ais. Abi, solum solus conueni,
Roga uelitne an non uxorem; si est ut dicat uelle se,
Redde; sin est autem ut nolit, recte ego consului meae.
PH. Siquidem ille ipse non uolt et tu sensti in eo esse,
[Myrrhina
Peccatum, aderam, cuius consilio fuerat ea par prospici.
Quam ob rem incendor ira esse ausam facere haec te
[iniussu meo;
Interdico ne extulisse extra aedis puerum usquam uelis.
Sed ego stultior, meis dictis parere hanc qui postulem.
Ibo intro atque edicam seruis ne quoquam ecferri sinant.
MY. Nullam pol credo mulierem me miseriorem uiuere;
Nam ut hic laturus hoc sit, si ipsam rem ut siet resciuerit,
Non edepol clam me est, cum hoc quod leuiust tam animo
[irato tulit;
Nec qua uia sententia eius possit mutari scio.
Hoc mihi unum ex plurumis miseris relicuum fuerat
[malum,
Si puerum ut tollam cogit, cuius nos qui sit nescimus
[pater;
Nam cum compressa est gnata, forma in tenebris nosci
[non quita est,
Neque detractum ei tum quicquam est qui posset post
[nosci qui siet;

odia? Pues si él pudiera desprenderse de ella de repente, a quien se acostumbró tantos años, no lo consideraría yo un hombre, ni un marido bastante seguro para mi hija.

MIRRINA: Deja al muchacho, te lo ruego, y a lo que dices que yo he faltado. Ve solo a buscarlo a solas;[102] pregunta si quiere o no a su mujer; si dice que él la quiere, devuélvela; pero si no la quiere, yo he decidido correctamente para la mía.

FIDIPO: Si verdaderamente él mismo no quiere.y tú te diste cuenta de que en él había pecado, yo estaba presente, con cuyo consejo habría sido proporcionado prever estas cosas. Porque me abraso por la ira al ver que tú te has atrevido a hacer esto con repugnancia mía. Te prohíbo que lleves a parte alguna al niño, fuera de la casa. Pero soy muy tonto yo al pedir a esta que obedezca mis órdenes. Iré adentro y manifestaré a los esclavos que no permitan que sea sacado a ninguna parte[103] (*se va*).

MIRRINA (*consigo*): Por Pólux, creo que ninguna mujer vive más desdichada que yo. Por Pólux, en efecto, no se me oculta[104] cómo tomaría Fidipo[105] esto, si supiera cómo está realmente[106] el asunto, porque esto que es menos grave lo volvió de ánimo tan airado. Y no sé con qué medio pueda modificarse su opinión. Entre tantísimos pesares, sólo esta desgracia me había hecho falta, puesto que él obliga a que yo acoja al niño, del cual nosotras no sabemos quién sea su padre, porque cuando mi hija fue violada no fue posible distinguir su figura entre las tinieblas, ni le fue quitado entonces algo por donde después pudiera conocerse quién sea. Al irse, por

Ipse eripuit ui in digito quem habuit uirgini abiens
[anulum;
Simul uereor Pamphilum ne orata nostra nequeat diutius
Celare, cum sciet alienum puerum tolli pro suo.

SOSTRATA PAMPHILVS LACHES

SO. Non clam me est, gnate mi, tibi me esse suspectam
[uxorem tuam
Propter meos mores hinc abisse, etsi ea dissimulas sedulo;
Verum ita me di ament itaque obtingant ex te quae exopto
[mihi, ut
Numquam sciens commerui merito ut caperet odium illam
[mei;
Teque ante quod me amare rebar, ei rei firmasti fidem;
Nam mihi intus tuos pater narrauit modo quo pacto me
[habueris
Praepositam amori tuo; nunc tibi me certum est contra
[gratiam
Referre, ut apud me praemium esse positum pietati scias.
Mi Pamphile, hoc et uobis et meae commodum famae
[arbitror:
Ego rus abituram hinc cum tuo me esse certo decreui
[patre,
Ne mea praesentia obstet neu causa ulla restet relicua
Quin tua Philumena ad te redeat.
PA. Quaeso quid istuc consili est?
Illius stultitia uicta ex urbe tu rus habitatum migres?

la fuerza él mismo arrancó a la muchacha un anillo que tenía en el dedo. Al mismo tiempo, en cuanto a Pánfilo, temo que no pueda ocultar más nuestros ruegos, sabiendo que un niño ajeno es acogido como suyo.

IV, 2

SOSTRATA PÁNFILO LAQUES

SOSTRATA: No se me oculta,[107] hijo mío, que yo te soy sospechosa de ser culpable de que tu mujer se haya ido de aquí a causa de mis costumbres, aunque lo disimules cuidadosamente. Pero así me amen los dioses, y así me otorguen lo que deseo en relación contigo, que nunca, a sabiendas, he merecido que, con razón ella me cogiera odio. Y en cuanto a lo que antes pensé, que yo soy querida por ti, confirmaste tu sinceridad, pues adentro tu padre me contó hace poco cómo me consideraste antepuesta a tu amor. Ahora está decidido que yo, a mi vez, te dé las gracias, para que sepas que en mí está depositado un premio para tu devoción. Mi querido Pánfilo, considero esto un beneficio, tanto para ustedes[108] como para mi reputación: irrevocablemente, yo he decidido que yo voy a retirarme de aquí al campo, junto con tu padre, para que mi presencia no obste, ni subsista motivo alguno restante, para que tu Filomena regrese a ti.

PÁNFILO: Por favor, ¿qué decisión es ésa? ¿Vencida por la insensatez de ella emigrarás tú de la ciudad para ir a vivir al campo?

Haud facies, neque sinam ut qui nobis, mater, male
590 [dictum uelit
Mea pertinacia esse dicat factum, haud tua modestia.
Tum tuas amicas te et cognatas deserere et festos dies
Mea causa nolo.

SO. Nihil pol iam istaec mihi res uoluptatis ferunt;
Dum aetatis tempus tulit, perfuncta satis sum; satias iam
[tenet
Studiorum istorum; haec mihi nunc cura est maxima ut
595 [ne cui mea
Longinquitas aetatis obstet mortemue expectet meam.
Hic uideo me esse inuisam inmerito; tempus est
[concedere.
Sic optume, ut ego opinor, omnis causas praecidam
[omnibus,
Et me hac suspicione exsoluam et illis morem gessero.
Sine me, obsecro, hoc effugere uolgus quod male audit
600 [mulierum.

PA. Quam fortunatus ceteris sum rebus, absque una hac foret,
Hanc matrem habens talem, illam autem uxorem!

SO. Obsecro, mi Pamphile,
Non tute incommodam rem, ut quaeque est, in animum
[induces pati?
Si cetera ita sunt ut uis itaque(ea) uti esse ego illam
[existimo,
Mi gnate, da ueniam hanc mihi, redduc illam.

605 PA. Vae misero mihi!

SO. Et mihi quidem; nam haec res non minus me male habet
[quam te, gnate mi.

No lo harás, y no permitiré, madre, que quien quiera afrentarnos [109] diga que ha ocurrido por mi pertinacia y no por tu mesura. Además, no quiero que por mi causa tú abandones a tus amigas, a tus parientes y a las fiestas.

SOSTRATA: Por Pólux, esas cosas ya ningún placer me traen. Mientras la circunstancia de mi edad lo permitió, las ejercí con exceso. Llega ya la saciedad de esas aficiones. Ahora la máxima preocupación para mí es ésta: que la prolongación de mi edad a alguno obste, o que alguien [110] espere mi muerte. Veo que aquí yo soy inmerecidamente aborrecida; es tiempo de que me vaya. Así, creo yo, a todos les quitaré perfectamente todos sus motivos de querella, y me libraré de esta sospecha, y a ellos concederé su deseo. Déjame, por favor, sustraerme a eso que el común de las mujeres malamente aprueba. [111]

PÁNFILO: Si no fuera por esta sola cosa, [112] ¡cuán afortunado soy en todo lo demás, teniendo a tal madre, o bien a tal esposa!

SOSTRATA: Por favor, mi querido Pánfilo, ¿tú mismo no te resolverás a soportar una situación incómoda, cualquiera que sea? Si lo demás es como quieres, [113] y ella como yo considero que es, hijo mío, concédeme esta gracia: llévatela otra vez.

PÁNFILO: ¡Ay, desdichado de mí!

SOSTRATA: Y de mí, ciertamente, pues este asunto no me da menos que a ti, hijo mío.

LACHES SOSTRATA PAMPHILVS

LA. Quem cum istoc sermonem habueris, procul hinc stans [accepi, uxor.
Istuc est sapere, qui ubicumque opus sit animum possis [flectere,
Quod sit faciundum fortasse post, idem hoc nunc si [feceris.
SO. Fors fuat pol . . . !
LA. Abi rus ergo hinc; ibi ego te et tu me feres.
SO. Spero ecastor.
LA. I ergo intro et compone quae tecum simul
Ferantur. Dixi.
SO. Ita ut iubes faciam.
PA. Pater!
LA. Qiud uis, Pamphile?
PA. Hinc abire matrem? Minime.
LA. Quid ita istuc uis?
PA. Quia de uxore incertus sum etiam quid sim facturus.
LA. Quid est?
Quid uis facere nisi redducere?
PA. Equidem cupio et uix contineor;
Sed non minuam meum consilium; ex usu quod est, id [persequar.
Credo ea gratia concordes magis, si redducam, fore?
LA. Nescias; uerum id tua re fert nihil utrum illaec fecerint
Quando haec aberit; odiosa haec est aetas adulescentulis;
E medio aequom excedere est; postremo nos iam fabulae
Sumus, Pamphile «senex atque anus.»
— Sed uideo Phidippum egredi per tempus; accedamus.

IV. 3

LAQUES SOSTRATA PÁNFILO

LAQUES: La plática que has tenido con éste, estando aquí lejos la percibí, mujer. Eso es saber, [114] que puedas doblegar tu voluntad cada vez que sea necesario; que hagas ahora lo mismo que, tal vez, podría hacerse después.

SOSTRATA: ¡Que la Fortuna lo quiera, por Pólux . . . !

LAQUES: Vete, pues, al campo. Allí yo te sobrellevaré, y tú a mí.

SOSTRATA: Lo espero, por Cástor.

LAQUES: Ve, pues, adentro, y arregla lo que se llevará junto contigo. He dicho.

SOSTRATA: Lo haré tal como lo mandas (*entra*).

PÁNFILO: ¡Padre!

LAQUES: ¿Qué quieres, Pánfilo?

PÁNFILO: ¿Que mi madre se va de aquí? De ninguna manera.

LAQUES: ¿Qué, así lo quieres?

PÁNFILO: Porque sobre mi mujer todavía estoy inseguro de lo que vaya a hacer.

LAQUES: ¿Qué hay? ¿Qué quieres hacer, sino llevarla otra vez?

PÁNFILO (*consigo*): Ciertamente lo deseo y apenas me contengo, pero no minoraré mi decisión (*en voz alta*): Perseguiré lo que es de provecho. Me pongo a pensar: si la volviera a traer, [115] ¿por ese motivo han de ser más concordes? [116]

LAQUES: Tú no podrías saberlo. Pero a ti no te importa lo que ellas hagan cuando ésta [117] se vaya. Esta edad nuestra [118] es odiosa para los jovencitos. Es justo quitarse de en medio. Al final nosotros ya somos sombras, Pánfilo, "un viejo y una vieja". Pero a tiempo veo que Fidipo sale; acerquémonos.

PHIDIPPVS LACHES PAMPHILVS

PH. Tibi quoque edepol sum iratus, Philumena,
Grauiter quidem; nam hercle factumst abs te turpiter;
Etsi tibi causa est de hac re: mater te impulit;
Huic uero nulla est.
LA. Opportune te mihi,
Phidippe, in ipso tempore ostendis.
PH. Quid est?
PA. Quid respondebo his? aut quo pacto hoc aperiam?
LA. Dic filiae rus concessuram hinc Sostratam,
Ne reuereatur minus iam quo redeat domum.
PH. Ah!
Nullam de his rebus culpam commeruit tua.
A Myrrhina haec sunt mea uxore exorta omnia . . .
PA. Mutatio fit.
PH. Ea nos perturbat, Lache.
PA. Dum ne redducam, turbent porro quam uelint.
PH. Ego, Pamphile, esse inter nos, si fieri potest,
Adfinitatem hanc sane perpetuam uolo;
Sin est ut aliter tua siet sententia,
Accipias puerum.
PA. Sensit peperisse; occidi!
LA. Puerum? Quem puerum?
PH. Natus est nobis nepos;
Nam abducta a uobis praegnas fuerat filia,
Neque fuisse praegnatem umquam ante hunc sciui diem.
LA. Bene, ita me di ament, nuntias, et gaudeo
Natum illum et tibi illam saluam; sed quid mulieris
Vxorem habes aut quibus moratam moribus?

IV, 4

FIDIPO LAQUES PÁNFILO

FIDIPO (*hablando hacia el interior de su casa*): Por Pólux, Filomena, realmente también contigo estoy gravemente enojado; pues, por Hércules, tú actuaste torpemente; [119] aunque tú tienes un motivo para ello: tu madre te impulsó. Pero ésta no tiene ninguno.

LAQUES: Oportunamente te me presentas en este momento, Fidipo.

FIDIPO: ¿Qué hay?

PÁNFILO (*consigo*): ¿Qué responderé a éstos, o cómo explicaré esto? [120]

LAQUES: Di a tu hija que Sostrata se irá de aquí al campo, que ya no tenga miedo, que vuelva a su casa.

FIDIPO: ¡Ah!, la tuya [121] ninguna falta ha cometido en esto. De Mirrina, mi mujer, han surgido todas estas cosas . . .

PÁNFILO (*consigo*): Hay un cambio.

FIDIPO: Ésta [122] nos perturba, Laques.

PÁNFILO (*consigo*): Mientras no la vuelvan a traer, que enturbien cuanto quieran.

FIDIPO: Yo, Pánfilo, si puede lograrse, quiero que esta afinidad que hay entre nosotros sea realmente perpetua; si, por el contrario, tu decisión es de otra suerte, acoge al niño.

PÁNFILO (*consigo*): Supo que ha parido; ¡estoy perdido!

LAQUES: ¿Al niño? ¿A cuál niño?

FIDIPO: Nos ha nacido un nieto; pues mi hija, preñada, había sido sacada de la casa de ustedes y nunca antes de este día supe que estuvo preñada.

LAQUES: Así me amen los dioses das buenas noticias, y me alegro que él te haya nacido y que ella esté a salvo. Pero, ¿qué clase de mujer tienes, o acostumbrada a qué costumbres? ¡Habernos ocul-

Nosne hoc celatos tam diu! Nequeo satis
Quam hoc mihi uidetur factum praue proloqui.
PH. Non tibi illud factum minus placet quam mihi, Laches.
PA. Etiam si dudum fuerat ambiguom hoc mihi,
Nunc non est, eam cum sequitur alienus puer.
LA. Nulla tibi, Pamphile, hic iam consultatiost.
PA. Perii!
LA. Hunc uidere saepe optabamus diem
Cum ex te esset aliquis qui te appellaret patrem;
Euenit; habeo gratiam dis.
PA. Nullus sum!
LA. Redduc uxorem ac noli aduersari mihi.
PA. Pater, si ex me illa liberos uellet sibi
Aut se esse mecum nuptam, satis certo scio,
Non me clam haberet quae celasse intellego.
Nunc cum eius alienum esse animum a me sentiam
(Nec conuenturum inter nos posthac arbitror),
Quam ob rem redducam?
LA. Mater quod suasit sua
Adulescens mulier fecit; mirandumne id est?
Censen te posse reperire ullam mulierem
Quae careat culpa? An quia non delincunt uiri?
PH. Vosmet uidete iam, Laches, et tu Pamphile,
Remissan opus sit uobis redductan domum.
Vxor quid faciat in manu non est mea;
Neutra in re uobis difficultas a me erit.
Sed quid faciemus puero?
LA. Ridicule rogas;
Quidquid futurumst, huic suom reddas scilicet
Vt alamus nostrum.
PA. Quem ipse neglexit pater,
Ego alam?

tado esto tanto tiempo! No puedo explicar suficientemente qué tan mal hecho me parece esto.

FIDIPO: Ese hecho, Laques, no te agrada menos que a mí.

PÁNFILO (*consigo*): Aun cuando hace poco esto me había resultado incierto, ahora no lo es, ya que la sigue un niño ajeno. [123]

LAQUES: Aquí ya ninguna deliberación te queda, Pánfilo.

PÁNFILO (*consigo*): ¡Estoy perdido!

LAQUES: A menudo deseábamos ver este día, cuando de ti existiese alguien que te llamara padre. Ha llegado. Doy gracias a los dioses.

PÁNFILO (*consigo*): ¡Nada soy!

LAQUES: Llévate de nuevo a tu mujer y no quieras oponérteme.

PÁNFILO: Padre, si de mí quisiera ella hijos para sí, o estar casada ella conmigo, sé muy ciertamente que no me tendría oculto lo que sé que ha ocultado. Cuando ahora me doy cuenta de que su pensamiento está alejado de mí (y no creo que en lo sucesivo habrá acuerdo entre nosotros), ¿por qué la llevaré de nuevo?

LAQUES: Una mujer joven hizo lo que su madre aconsejó ¿debe eso sorprender? ¿Piensas que tú puedes hallar mujer alguna que carezca de defecto?; porque, ¿acaso los maridos no delinquen?

FIDIPO: Vean ya ustedes mismos, Laques, y tú, Pánfilo, si es preciso que ustedes la rechacen o la lleven de nuevo a casa. Qué haga mi mujer, no está en mi mano. Ni en uno ni en otro caso habrá dificultad de mi parte para ustedes. ¿Pero qué haremos con el niño?

LAQUES: Preguntas con gracia. Cualquier cosa que suceda, es evidente que ha de devolver a éste su hijo, para que lo criemos como nuestro.

PÁNFILO (*en voz baja*): ¿A quien su propio padre despreció, yo lo criaré?

LA. Quid dixti? Eho an non alemus, Pamphile?
Prodemus quaeso potius? Quae haec amentia est?
Enim uero prorsus iam tacere non queo.
Nam cogis ea quae nolo ut praesente hoc loquar.
Ignarum censes tuarum lacrimarum esse me?
Aut quid sit hoc quod sollicitare ad hunc modum?
Primum hanc ubi dixti causam te propter tuam
Matrem non posse habere hanc uxorem domi,
Pollicita est ea se concessuram ex aedibus;
Nunc postquam ademptam hanc quoque tibi causam [uides,
Puer quia clam te est natus, nactus alteram es.
Erras, tui animi si me esse ignarum putas.
Aliquando tandem huc animum ut adiungas tuom,
Quam longum spatium amandi amicam tibi dedi!
Sumptus quos fecisti in eam quam animo aequo tuli!
Egi atque oraui tecum uxorem ut duceres;
Tempus dixi esse; inpulsu duxisti meo.
Quae tum obsecutus mihi fecisti ut decuerat,
Nunc animum rursum ad meretricem induxti tuom;
Cui tu obsecutus facis huic adeo iniuriam;
Nam in eamdem uitam te reuolutum denuo
Video esse.

PA. Mene?

LA. Te ipsum; et facis iniuriam.
Confingis falsas causas ad discordiam
Vt cum illa uiuas, testem hanc cum abs te amoueris,
Sensitque adeo uxor; nam ei causa alia quae fuit
Quam ob rem abs te abiret?

PH. Plane hic diuinat; nam id est.

PA. Dabo ius iurandum nihil esse istorum mihi.

LAQUES: ¿Qué dijiste? ¡Ay, Pánfilo!, ¿acaso no lo criaremos? Por favor, ¿mejor lo abandonaremos? ¿Qué locura es ésta? En realidad, ya no puedo callar definitivamente, pues obligas a que, estando éste presente, diga lo que no quiero. ¿Piensas que yo estoy ignorante de tus lágrimas, o de qué es lo que te aflige a este grado? Al principio, cuando mencionaste este pretexto, que tú, a causa de tu madre no podías tener a esta mujer en casa, ella prometió que se apartaría de los lares. Ahora, en cuanto adviertes que este pretexto también se te ha quitado, que el niño nació a escondidas de ti, has hallado otro. Te equivocas si crees que yo estoy ignorante de tu intención. Al final de cuentas, para que aplicaras tu intención a esto, [124] ¡qué largo lapso te di para amar a una amiga! ¡Con qué ánimo imparcial toleré los gastos que hiciste en ella! Te exigí y supliqué que te casaras. Dije que era tiempo. Te casaste por instigación mía. Obedeciéndome entonces, hiciste lo que convenía; ahora has aplicado nuevamente tu voluntad a una meretriz; a la cual, obedeciéndola tú, haces incluso ofensa a ésta, [125] pues veo que tú de nuevo has regresado a la misma vida.

PÁNFILO: ¿Yo?

LAQUES: Tú mismo. Y haces ofensa. Inventas falsos pretextos para una disensión, a fin de vivir con aquélla, [126] una vez que hayas alejado de ti a este testigo; [127] y lo ha percibido bien tu mujer, pues ¿qué otro motivo tuvo ella para apartarse de ti?

FIDIPO: Éste adivina exactamente. En efecto, eso es.

PÁNFILO: Haré juramento de que, a mi juicio, nada hay de eso.

LA. Ah!
Redduc uxorem, aut quam ob rem non opus sit cedo.
PA. Non est nunc tempus.
LA. Puerum accipias; nam is quidem
In culpa non est; post de matre uidero.
PA. Omnibus modis miser sum, nec quid agam scio;
Tot me nunc rebus miserum concludit pater.
Abibo hinc, praesens quando promoueo parum;
Nam puerum iniussu credo non tollent meo,
Praesertim in ea re cum sit mihi adiutrix socrus.
LA. Fugis, hem! nec quicquam certi respondes mihi?
Num tibi uidetur esse apud sese? Sine;
Puerum, Phidippe, mihi cedo; ego alam.
PH. Maxime.
Non mirum fecit uxor, si hoc aegre tulit;
Amarae mulieres sunt, non facile haec ferunt.
Propterea haec irast; nam ipsa narrauit mihi;
Id ego hoc praesente tibi nolueram dicere;
Neque illi credebam primo; nunc uerum palam est;
Nam omnino abhorrere animum huic uideo a nuptiis.
LA. Quid ergo agam, Phidippe? Quid das consili?
PH. Quid agas? Meretricem hanc primum adeundam censeo;
Oremus, accusemus, grauius denique
Minitemur si cum illo habuerit rem postea.
LA. Faciam ut mones. Eho puere, curre ad Bacchidem hanc
Vicinam nostram; huc euoca uerbis meis.
At te oro porro in hac re adiutor sis mihi.
PH. Ah!
Iamdudum dixi idemque nunc dico, Lache;
Manere adfinitatem hanc inter nos uolo,

LAQUES: ¡Ah!, llévate de nuevo a tu mujer, o di por qué no es preciso.

PÁNFILO: No es ahora el momento.

LAQUES: Acoge al niño, pues él ciertamente no está en delito; después veré acerca de la madre.

PÁNFILO (*consigo*): De todos modos soy un desdichado, y no sé que haré; con tantas cosas, desdichado, me sofoca ahora mi padre. Me iré de aquí, pues quedándome poco promuevo. Efectivamente, creo que ante mi desagrado no se encargarán del niño, sobre todo estándome de auxiliadora en este asunto mi suegra (*se va*).

LAQUES: ¡Ah, huyes!, ¿y no me respondes algo cierto? (*a Fidipo*): ¿Te parece acaso que está en sí? Déjalo. Por favor, Fidipo, dame al niño, yo lo criaré.

FIDIPO: Muy bien. Mi mujer no hizo algo extraordinario si condujo esto [128] penosamente. Las mujeres son amargas; no soportan esto con facilidad. Por esto [129] hay rencor. Efectivamente, ella misma [130] me contó; yo no había querido decírtelo estando éste [131] presente; y al principio no le creía, pero ahora es evidente, pues veo que la inclinación de éste rehúye completamente del matrimonio.

LAQUES: Entonces, ¿que haré, Fidipo? ¿Qué consejo das?

FIDIPO: ¿Que qué puedes hacer? Considero que primeramente hay que ir con esta meretriz; [132] que roguemos, que acusemos, que luego amenacemos gravemente, si más adelante tuviera relación con él.

LAQUES: Haré como aconsejas (*a un esclavo*): ¡Eh, muchacho!, corre adonde está Baquis, vecina nuestra; hazla venir aquí, de mi parte (*a Fidipo*): Pero a ti te ruego que, en adelante, para mí seas un auxiliar en este asunto.

FIDIPO: ¡Ay, Laques!, hace tiempo lo dije y ahora digo lo mismo; quiero que esta afinidad permanezca entre nosotros, si de al-

Si ullo modo est ut possit, quod spero fore.
Sed uin adesse me una, dum istam conuenis?
LA. Immo uero abi, aliquam puero nutricem para.

BACCHIS LACHES

BA. Non hoc de nihilost quod Laches me nunc conuentam [esse expetit,
Nec pol me multum fallit quin quod suspicor sit quod [uelit.
LA. Videndum est ne minus propter iram hanc impetrem [quam possiem
Aut ne quid faciam plus quod post me minus fecisse [satius sit.
Adgrediar. — Bacchis, salue!
BA. Salue, Laches.
LA. Credo edepol te non nihil mirari, Bacchis,
Quid sit quapropter te huc foras puerum euocare iussi.
BA. Ego pol quoque etiam timida sum, cum uenit mihi in [mentem quae sim,
Ne nomen mihi quaesti obsiet; nam mores facile tutor.
LA. Si uera dices, nihil tibi est a me pericli, mulier;
Nam iam aetate ea sum ut non siet peccato mihi ignosci [aequom;
Quo magis omnis res cautius ne temere faciam adcuro;
Nam si id nunc facis facturaue es bonas quod par est [facere,
Inscitum offerre iniuriam tibi inmerenti iniquom est.
BA. Est magnam ecastor gratiam de istac re quod tibi habeam;

gún modo es que se puede, lo cual espero que sucederá. [133] Pero, ¿quieres que yo esté junto mientras acuerdas con ella?

LAQUES: Al contrario, vete; procura una nodriza para el niño.

V, 1

BAQUIS LAQUES

BAQUIS: [134] No es por nada que Laques ha pedido que yo vaya a verlo ahora, y, por Pólux, no se me oculta mucho que lo que quiere es lo que sospecho.

LAQUES (*consigo*): Hay que ver que, por este enojo, no consiga yo menos de lo que podría, o que no haya algo más, lo cual después resulta preferible no haberlo hecho en absoluto. Me acercaré. Baquis, ¡salud!

BAQUIS: Salud, Laques.

LAQUES: Por Pólux, Baquis, creo que te sorprende un poco qué cosa es por la que mandé a un muchacho hacerte venir aquí afuera.

BAQUIS: Por Pólux, cuando me viene a la mente quién soy, yo incluso soy temerosa de que el nombre de mi oficio me perjudique, pues evidentemente protejo mis costumbres.

LAQUES: Si dices la verdad, mujer, ningún peligro hay para ti de mi parte, pues ya en la edad en que estoy, como que no sería justo perdonarme por un pecado, por lo cual procuro hacer todas las cosas más cauta que temerariamente. Porque si ahora haces o quieres hacer lo que es adecuado que hagan las buenas, es injusto que, torpe yo, infiera una ofensa a ti, que no lo mereces.

BAQUIS: Por Cástor, es por esa cosa que te doy muchas gracias,

Nam qui post factam iniuriam se expurget, parum mihi
[prosit.
Sed quid istuc est?
LA. Meum receptas filium ad te Pamphilum . . .
BA. Ah . . . !
LA. Sine dicam. Vxorem hanc prius quam duxit, uestrum
[amorem pertuli . . .
† Mane: nondum etiam dixi id quod uolui. Hic nunc
[uxorem habet; †
† Quaere alium firmiorem, dum tempus consulendi est; †
Nam neque ille hoc animo erit aetatem, neque pol tu
[eadem istac aetate.
BA. Quis id ait?
LA. Socrus.
BA. Men . . . ?
LA. Te ipsam; et filiam abduxit suam,
Puerumque ob eam rem clam uoluit natus qui est exstin-
[guere.
BA. Aliud si scirem qui firmare meam apud uos possem fidem
Sanctius quam ius iurandum, id pollicerer tibi, Lache,
Me segregatum habuisse, uxorem ut duxit, a me
[Pamphilum.
LA. Lepida es. Sed scin quid uolo potius sodes facias?
BA. Quid uis? Cedo!
LA. Eas ad mulieres huc intro atque istuc ius iurandum idem
Polliceare illis; exple animum is teque hoc crimine expedi.
BA. Faciam quod pol, si esset alia ex hoc quaestu, haud faceret,
[scio,
Vt de tali causa nuptae mulieri se ostenderet;
Sed esse falsa fama nolo gnatum suspectum tuom,
Nec leuiorem uobis, quibus est minime aequom, eum
[uiderier

porque quien se disculpa después de hecha una ofensa, poco me aprovecha.[135] Pero, ¿por qué es esto?

LAQUES: Recibes a mi hijo Pánfilo en tu casa . . .

BAQUIS: ¡Ah . . . !

LAQUES: Deja que yo hable. Antes de casarse con ésta,[136] toleré el amor de ustedes . . . (*Baquis quiere hablar*): Espera, todavía no he dicho lo que he querido. Ahora éste tiene mujer; busca a otro más seguro, mientras hay tiempo para decidir, pues de por vida no será él de esta inclinación, ni tú, por Pólux, de esta misma edad.

BAQUIS: ¿Quién dice eso?

LAQUES: La suegra.

BAQUIS: ¿Qué yo . . . ?

LAQUES: Que tú misma. Y se llevó a su hija, y por esta cuestión quiso hacer desaparecer calladamente al niño que ha nacido.

BAQUIS: Si conociera algo más sagrado que un juramento, por donde pudiera consolidar entre ustedes mi lealtad, te lo ofrecería, Laques. En cuanto se casó, yo aparté de mí a Pánfilo.

LAQUES: Eres amable. Pero, por favor, ¿sabes qué prefiero que hagas?

BAQUIS: ¿Qué quieres? ¡Habla!

LAQUES: Que vayas allí adentro, donde las mujeres,[137] y les ofrezcas ese mismo juramento; satisfáceles su voluntad y líbrate de esta acusación.

BAQUIS: Por Pólux, lo haré; aunque si fuera otra de este oficio, no lo haría, lo sé; que por tal motivo se mostrara a mujer casada. Pero no quiero que tu hijo sea sospechoso de falsa reputación, ni que él, inmerecidamente, parezca muy frívolo a los que es del todo

Inmerito; nam meritus de me est quod queam illi ut
760 [commodem.
LA. Facilem beniuolumque lingua tua iam tibi me reddidit.
Nam non sunt solae arbitratae haec; ego quoque etiam
[credidi.
Nunc quam ego te esse praeter nostram opinionem
[comperi,
Fac eadem ut sis porro; nostra utere amicitia ut uoles.
Aliter si facies . . . Reprimam me, ne aegre quicquam ex
765 [me audias.
Verum hoc te moneo unum qualis sim amicus aut quid
[possiem
Potius quam inimicus periclum facias.

PHIDIPPVS LACHES BACCHIS NVTRIX

PH. Nihil apud me tibi
Defieri patiar quin quod opus sit benigne praebeatur;
Sed cum tu satura atque ebria eris, puer ut satur sit
[facito.
770 LA. Noster socer, uideo, uenit; puero nutricem adducit.
Phidippe, Bacchis deierat persancte . . .
PH. Haecine east?
LA. Haec est.
PH. Nec pol istae metuont deos neque eas respicere deos
[opinor.
BA. Ancillas dedo; quolibet cruciatu per me exquire.
Haec res hic agitur: Pamphilo me facere ut redeat uxor
775 Oportet; quod si perficio, non paenitet me famae
Solam fecisse id quod aliae meretrices facere fugitant.

injusto que así parezca. Pues de mí ha merecido que le conceda lo que yo pueda.

LAQUES: Tu lengua me volvió ya dócil y benévolo para ti. Pues no son éstas solas las que lo pensaron, incluso también yo lo creí. Ahora que yo descubrí que tú eres diferente de la opinión que teníamos, [138] procura, en adelante, ser la misma, válete de nuestra amistad como quieras. Si actuaras de otro modo . . . Me contendré para que de mí no oigas algo de mala gana. Pero esto sólo te aconsejo, que pruebes qué tal amigo soy, o qué tal podría ser, mejor que enemigo.

V, 2

FIDIPO LAQUES BAQUIS LA NODRIZA

FIDIPO (*a la nodriza*): En mi casa no permitiré que te falte nada; lo que sea necesario, que se te suministre con largueza; pero cuando tú estés harta y bien bebida, harás que el niño esté harto.

LAQUES (*consigo*): Nuestro suegro, lo veo, viene; conduce una nodriza para el niño. —Fidipo, Baquis jura muy religiosamente . . . [139]

FIDIPO: ¿Ella es ésta?

LAQUES: Ésta es.

FIDIPO: Por Pólux, ni éstas [140] temen a los dioses, ni pienso que los dioses las consideren.

BAQUIS: Cedo mis sirvientes; con mi consentimiento interrógalas con cualquier clase de tormento. Aquí se trata este asunto: conviene que yo haga que vuelva a Pánfilo su mujer; si lo consigo, no me arrepentiré de la fama de que yo sola haya hecho lo que otras meretrices evitan hacer.

LA. Phidippe, nostras mulieres suspectas fuisse falso
Nobis in re ipsa inuenimus; porro hanc nunc experiamur.
Nam si compererit crimini tua se uxor credidisse,
Missam iram faciet; sin autem est ob eam rem iratus
[gnatus
Quod peperit uxor clam, id leuest; cito ab eo haec ira
[abscedet.
Profecto in hac re nihil malist quod sit discidio dignum.
PH. Velim quidem hercle.
LA. Exquire; adest; quod satis sit faciet ipsa.
PH. Quid mihi istaec narras? An quia non tute ipse dudum
[audisti
De hac re animus meus ut sit, Laches? Illis modo explete
[animum.
LA. Quaeso edepol, Bacchis, quod mihi es pollicita tute ut
[serues.
BA. Ob eam rem uis ergo intro eam?
LA. I atque exple animum is, coge ut credant.
BA. Eo, etsi scio pol is fore meum conspectum inuisum hodie;
Nam nupta meretrici hostis est, a uiro ubi segregata est.
LA. At haec amicae erunt, ubi quam ob rem adueneris rescis-
[cent.
[PH. At easdem amicas fore tibi promitto, rem ubi cognorit;]
Nam illas errore et te simul suspicione exsolues.
BA. Perii, pudet Philumenae. Me sequimini intro huc ambae.
LA. Quid est quod mihi malim quam quod huic intellego
[euenire
Vt gratiam ineat sine suo dispendio et mihi prosit?
Nam si est ut haec nunc Pamphilum uere ab se segregarit,
Scit sibi nobilitatem ex eo et rem natam et gloriam esse,
Referet gratiam ei unaque nos sibi opera amicos iungit.

LAQUES: Fidipo, por el asunto mismo hemos hallado que nosotros equivocadamente sospechamos de nuestras mujeres. Ahora, en lo sucesivo, probemos a ésta. [141] Si tu mujer descubre que ella dio crédito a falsa acusación, hará olvidadizo su rencor; si a su vez mi hijo está enojado por el hecho de que su mujer parió en secreto, eso es cosa leve; pronto se apartará de él este rencor. En realidad en este asunto nada hay de malo, que sea digno de divorcio.

FIDIPO: Por Hércules, ciertamente yo lo quisiera.

LAQUES: Interroga; aquí está, [142] ella misma hará lo que sea suficiente. [143]

FIDIPO: ¿Para qué me cuentas esto? ¿Acaso no tú mismo escuchaste hace poco cuál es mi ánimo respecto de este asunto, Laques? Sólo satisfáganles su voluntad. [144]

LAQUES: Por Pólux, Baquis, por favor mantén lo que tú misma me prometiste.

BAQUIS: ¿Por eso quieres, entonces, que vaya yo adentro?

LAQUES: Ve y satisfáceles su voluntad; oblígalas a que crean.

BAQUIS: Voy, aunque sé, por Pólux, que mi vista hoy va a serles odiosa, pues una casada es enemiga de una meretriz, cuando está separada de su marido.

LAQUES: Pero éstas serán amigas, en cuanto sepan por qué has venido.

FIDIPO: Pero te prometo que ellas mismas van a ser tus amigas, en cuanto conozcan el asunto, pues las liberarás de un error, y al mismo tiempo a ti de una sospecha.

BAQUIS: Estoy perdida, me da vergüenza ir ante Filomena [145] (*a sus sirvientas*): Síganme las dos allá adentro.

LAQUES: ¿Qué es lo que preferiría para mí, sino lo que entiendo le ocurre a ésta, que cae en gracia sin dispendio suyo, y que me aprovecha? Porque si es verdad que ésta ha apartado ahora de sí a Pánfilo, sabe que de éste le ha nacido nobleza, utilidad y fama; [146] a él le hará un favor, y con su intervención nos unirá a ella como amigos.

PARMENO BACCHIS

PA. Edepol ne meam erus esse operam deputat parui preti,
Qui ob rem nullam misit frustra ubi totum desedi diem,
Myconium hospitem dum exspecto in arce Callidemidem.
Itaque ineptus hodie dum illi sedeo, ut quisque uenerat,
Accedebam: «Adulescens, dic dum, quaeso, mihi: es tu [Myconius?»
— «Non sum.» — «At Callidemides?» — «Non.» — [«Hospitem ecquem Pamphilum
Hic habes?» Omnes negabant; neque eum quemquam esse [arbitror.
Denique hercle iam pudebat; abii. — Sed quid Bacchidem
Ab nostro adfine exeuntem uideo? Quid huic hic est rei?

BA. Parmeno, opportune te offers; propere curre ad Pam- [philum.

PA. Quid eo?

BA. Dic me orare ut ueniat.

PA. Ad te?

BA. Immo ad Philumenam.

PA. Quid rei est?

BA. Tua quod nihil re fert percontari desinas.

PA. Nihil aliud dicam?

BA. Etiam; cognosse anulum illum Myrrhinam
Gnatae suae fuisse quem ipsus olim mihi dederat.

PA. Scio.

Tantumne est?

BA. Tantum; aderit continuo, hoc ubi ex te audierit.
Sed cessas.

V, 3

PARMENÓN BAQUIS

PARMENÓN (*consigo*): Por Pólux, mi señor no considera mi trabajo ni de escaso valor, ya que por nada me envió inútilmente adonde estuve sentado todo el día, mientras espero en la ciudadela al forastero miconio Calidémides. De ese modo, mientras hoy estaba sentado allá, cuando venía alguien, tonto yo, me acercaba: "Joven, dime por favor, eres tú miconio?" "No soy." "Pero eres Calidémides." "No." "¿Tienes aquí a un tal Pánfilo como huésped?." Todos negaban. Y no creo que ese fulano exista. Finalmente, por Hércules, ya me daba vergüenza. Me retiré. Pero, ¿por qué veo a Baquis que sale de casa de nuestro pariente? ¿Qué asunto tiene ésta aquí?

BAQUIS: Parmenón, oportunamente te presentas; pronto, corre a la casa de Pánfilo.

PARMENÓN: ¿Por qué allá?

BAQUIS: Dile que yo le ruego que venga.

PARMENÓN: ¿Contigo?

BAQUIS: Mejor dicho, a la casa de Filomena.

PARMENÓN: ¿Qué cosa hay?

BAQUIS: Lo que a ti nada importa. Deja de preguntar.

PARMENÓN: ¿Ninguna otra cosa le diré?

BAQUIS: Sí, que Mirrina ha reconocido el anillo aquel que él mismo me había dado hace tiempo; que había sido de su hija.

PARMENÓN: Entiendo. ¿Es todo?

BAQUIS: Todo. En cuanto oiga esto de ti, vendrá de inmediato. Pero estás parado.

PA. Minime equidem; nam hodie mihi potestas haud [datast,
Ita cursando atque ambulando totum hunc contriui diem.
BA. Quantam obtuli aduentu meo laetitiam Pamphilo hodie!
Quot commodas res attuli! Quot autem ademi curas!
Gnatum ei restituo, qui paene harunc ipsiusque opera [periit;
Vxorem, quam numquam est ratus posthac se habiturum, [reddo;
Qua re suspectus suo patri et Phidippo fuit, exsolui;
Hic adeo his rebus anulus fuit initium inueniundis.
Nam memini abhinc menses decem fere ad me nocte [prima
Confugere anhelantem domum sine comite, uini plenum,
Cum hoc anulo. Extimui ilico: «Mi Pamphile, inquam, [amabo,
Quid exanimatu's, obsecro? Aut unde anulum istum [nactu's?
Dic mihi.» Ille alias res agere se simulare. Postquam uideo,
Nescio quid suspicarier; magis coepi instare ut dicat.
Homo se fatetur ui in uia nescio quam compressisse
Dicitque sese illi anulum, dum luctat, detraxisse.
Eum haec cognouit Myrrhina in digito modo me haben- [tem;
Rogat unde sit; narro omnia haec; indest cognitio facta
Philumenam esse compressam ab eo et filium inde hunc [natum.
Haec tot propter me gaudia illi contigisse laetor;
Etsi hoc meretrices aliae nolunt; neque enim est in rem [nostram
Vt quisquam amator nuptiis laetetur; uerum ecastor

PARMENÓN: De ninguna manera, en verdad, pues hoy no se me ha dado la posibilidad; a tal punto he consumido todo este día, corriendo y caminando (*se va*).

BAQUIS: ¡Cuánta alegría he proporcionado hoy a Pánfilo con mi llegada! ¡Cuántas cosas amables le he traído! ¡Cuántas preocupaciones le he quitado! Le restituyo su hijo, el cual casi murió por causa de éstas [147] y de él mismo. A la mujer que él nunca pensó que tendría en lo sucesivo, se la devuelvo; lo libré del motivo por el que fue sospechoso para su padre y para Fidipo. Precisamente este anillo fue el principio para descubrir estas cosas; porque me acuerdo que hace casi diez meses se refugió en mi casa al anochecer, [148] anhelante, sin compañía, lleno de vino, junto con este anillo. Me asusté por eso: "Mi querido Pánfilo —le digo— por favor, ¿por qué estás sin aliento?, habla; o, ¿de dónde has sacado ese anillo?, dime." Aquél [149] simulaba que hacía otras cosas. En cuanto me doy cuenta, no sé por qué empecé a sospechar; comencé a instarlo más a que hablara. El hombre confiesa que él, por la fuerza, en la calle, no sé a quién había violado, y dice que él, mientras ella luchaba, le había arrebatado un anillo. Hace un momento esta Mirrina se dio cuenta de que yo lo tenía en un dedo; pregunta de dónde es; le cuento todo esto; de ahí ha surgido el conocimiento de que Filomena fue violada por él, y que de ahí nació este hijo. Me alegro de que por mí le haya tocado todo este gozo; aunque otras meretrices no quieren esto, porque no es para nuestro beneficio que un amante se regocije en el matrimonio. Pero, por Cástor, nunca induciré mi

Numquam animum quaesti gratia ad malas adducam
[partis.
Ego dum illo licitumst usa sum benigno et lepido et comi.
Incommode mihi nuptiis euenit, factum fateor;
At pol me fecisse arbitror ne id merito mihi eueniret.
Multa ex quo fuerint commoda, eius incommoda aequomst
840 [ferre.

PAMPHILVS PARMENO BACCHIS

PAM. Vide, mi Parmeno, etiam, sodes, ut mihi haec certa et
[clara attuleris,
Ne me in breue conicias tempus gaudio hoc falso frui.
PAR. Visum est.
PAM. Certen?
PAR. Certe.
PAM. Deus sum, si hoc itast.
PAR. Verum reperies.
PAM. Mane dum, sodes; timeo ne aliud credam atque aliud
[nunties.
PAR. Maneo.
845 PAM. Sic te dixe opinor inuenisse Myrrhinam
Bacchidem anulum suom habere.
PAR. Factum
PAM. Eum quem olim ei dedi;
Eaque hoc te mihi nuntiare iussit; itane est factum?
PAR. Ita, inquam.
PAM. Quis me est fortunatior uenustatisque adeo plenior?
Egone te pro hoc nuntio qui donem? Qui? Qui? Nescio.

voluntad a malas partes en gracia de una ganancia. Mientras fue lícito, yo me aproveché de él, benigno, gracioso y generoso. Por sus bodas me ha venido perjuicio; [150] confieso el hecho; pero, por Pólux, pienso que yo actué de modo que no me sucediera eso merecidamente. [151] De parte de quien haya habido muchas conveniencias, es justo soportar sus inconveniencias.

V, 4

PÁNFILO PARMENÓN BAQUIS

